



3

IV

40







falta port. (?)

antonio de Nebrija.

Turis civilis lecion.

9 - IV - 40

Aclii Antonii Nebrissteñ grāmatici in qua-  
sdam iuris ciuilis dictiones per ordinem al-  
phabetarū digestas ex p̄fiscis autorib⁹ no  
ua interpretamenta incipiuntur.

Lege fœliciter.

De incipientibus ab.a.Ifa.

**H**ax.acis . siue abacus . i.tabula est in  
quā escaria & potoria vasa collocātur:  
quæ sunt mēsa ministerio parata . Iu-  
uenalis. Lect⁹ erat codro pcula mīor  
vīcōl sex ornamētū abaci. Ausonius ficti-  
libus fama est coenasse agathoclea regem :  
atq abacos samio sāpē onerasse luto. Cice-  
ro quinto thus. q.abacos cōplures ornauit  
auro & argento celato. Idem in verrē abaci  
vasa omnia vt exposita fuerant : substulit .  
Sed abacus . i. ab eo quod ē abax .acos .grā-  
ce est inclinatū: quod teste p̄fisciano libro .  
vii. de octo ptibus ofonis penultimam ge-  
nitui breuiauit . quod significat præterea  
vasa quædāviliora in quibus preciosiora re-  
ponunt. ataisor p̄cni vocant. de qbus Pau-  
lus iuris consultus libro .xxxii. dig. qui est  
de legatis tertii . i. Heres. Cui corinthia in  
qt vasā legata essent : & abaces huic quoq  
eorum vasorum collocandorum causa para-  
tos videri Trebatius respondit. pro quo in  
codicibus recentioribus mendose baces. a  
littera dispuncta legitur. Accursius non ra-  
tiōe aliq sed verisimilitudine ductus capsu-  
las esse interpretatur baces. Quod cum sit  
nihil verbum interpretamentū quoq; erit  
fnane. Philippus beroaldus quodam in lo-  
co suarum cōmentationum bases legit vo-  
cem vulgi secutus . Sed de hoc lege verbū  
corinthia vasā.

Abactores ab oratoribus & historicis appellā-  
tur: quos iurisconsulti vocant abigeos. Du-  
ctum vtrūq nomen a verbo abigo .is. quod  
inter alios sensus significat etiam agere si  
ue armēto pecudem furto subducere. hinc  
abactores & abigei dicti huiusmodi fures.  
Quod genus hominum in hispania maxi-  
me inuenitur: dicēte Vergilio in . iii. geor.  
Aut ipacatos a tergo horribis iberos : qd  
seruiss interpretatur abactores: & subdit:  
nā oēs fere hispani qui iidem sunt & iberi:  
acerrimi abactores sunt. Apuleius .vii. de  
asino aureo. abactorem indubitatum crus-  
centūq percussore criminātes . Ambrosius

in sermone de hostibus carnalibus non me  
tuendis. Armenta diripiet: istud damnum  
abactorem tolerando iam didicit . Sed quē  
admodum diximus aiuris consultis potius  
abigei dicuntur: de quibus titulus est libro  
xlviij. dig. In cui⁹ prima lege V ulpianus his  
verbis scribit. Qui pecora expascuis vel ar-  
mentis abigunt: hi propriæ dicuntur abigei.  
Quod si quis oues aberrantes aut alias qua-  
drupedes abduxerit: non erit reus criminē  
abigeatus: sed poti⁹ furti. Est enim abigea-  
tus ipsum abigei crimen: quod in hispania  
grauius quam alibi gētium debere puniri:  
Hadrianus caſar cōſuli rescripsit. Abigei  
inquit cum durissime puniuntur: ad gladiū  
damnati solent. puniūutur autem durissi-  
me non vbiq: sed vbiq: frequētius est id  
genus maleficiti . Atqui diximus ex autori-  
tate Vergilii & Seruī hispanos maxime hoc  
criminē laborare.

Abrogare legē idem est quod tollere siue anti-  
quare. quia amagistratu qui eam potestate  
habet populo interrogato an velit iubeat  
q; eam legem tolli: illo annuente antiq; tur  
tollitur q;. quemadmodum eodem populo  
interrogato: fuerat pmulgata: vnde & lex  
plerūq; dicitur rogatio. Cicero libro .ii. de  
legib⁹. eas inquit tu leges rogabis quæ nū-  
quam abrogenſ. Liuius libro .xxii. Plebisci  
tum primus ego antiquo ab rogoq;. Est ita  
q; ab rogarē legem idem prope quod dero-  
gare. Iurisconsultus tamen de verborum si-  
gnificatione inter utrūq verbum non ni-  
hil distare facit . Derogatur inquit legi cū  
pars detrahitur: ab rogarū cū prorsus tol-  
litur . Adde tu quod obrogatur cū prioris  
legis ifirmādæ causa promulgatur altera :  
Sermōis latini ignari vulgarī voce decepti  
pro eo quod esse debet abrogarc siue dero-  
gare legem: ipsi reuocare dicunt: cum sit re-  
uocare vt auctor est varro de lingua latia:  
rursus in cor vocare: hoc est renouare. Ju-  
uenalis de Domitiano qui legem iuliā iam  
ob litteratam dormiētemq; excitauerat sic  
inquit . Qui tunc leges reuocarat amaras  
omnibus atq; ipsi veneri martiq timēdas .  
Vergilius pri. æn. reuocato a sanguine teu-  
cri. i. renouato quippe qui iam propemodū  
extinctus erat.

Acinacium vinum est quod ex vuarum folli-  
culis aqua addita diffunditur. græci deute-  
riō .i. secūdarium : latini tum loram tum lo-  
ream appellant. Varro in primo de re rusti-  
ca. Acinorū inq̄ folliculi i dolia cōſciunt:

eoꝝ aqua addis: eaꝝ uocatur lora quod lo-  
ta acina: ac pro uino datur opariis hyeme.  
Nonius quoꝝ Marcellus loram inquit dice-  
bant in uindemia cum exprefſſent mustū  
ex acinis: & folliculos in dolium conieciſſent.  
Plinius libro. xxx. quae græci deuteria ap-  
pellat: Cato & nos loream. Scripit autē id  
Cato in libro de re rustica dicens. lora erit  
familia quod bibat. Vulpianus lib. xxxiiii.  
dig. ti. de uino & tritico legato. l. si qs. Vi-  
num inquit acinacium plane uino contine-  
bitur. Accurſi⁹ acinaticium pro acinacio le-  
git. interpretaturq; esse uinum ad uisum co-  
paratum. Quid uero per tale uinum ipſe in-  
telligat: ego non uideo. Nam si uinū quod  
est ad uisum comparatum uinum est quid in  
eptius dici potest: quam appellatione uini  
uinum contineri? Atqui iurisconsultus ali-  
ud proſpiciebat: quod poterat in dubitatio-  
nem uenire: an ſcilicet lora ſiuē lorea hoc  
est uinum illud ſecundarium quod ex uuaſ;  
acinis expresso muſto atq; addita aqua ma-  
ceratis conficitur: appellatione uini conti-  
neatur: cum p̄fertim maior pars aquaſ sit  
in eo per mixta.

Acapna ligna dicūſ: quae ſunt in furno aut ad fo-  
le exiccata: ita ut cū focis admoueant non  
fumigent. dicta ab a. particula priuatua &  
capnos quod interpretat ſumus: quaſi ſine fu-  
mo. Apud martialem in distichis lēma eſt li-  
gna acapna. & Straboni lib. ix. mellis quo-  
dam genus acapniſton appellatur: quod ita  
purgatum fit ut non ſapiat fumū. Vulpia-  
nus lib. xxxii. dig. qui eſt de legatis tertius.  
l. ligni. Sed & titiones inquit iurisconsul-  
tus & alia ligna cocta ne fumum faciant: a-  
capna uolens ſignificare.

Aconitum ueneni gen⁹ quoddam eſt celebra-  
tissimum: dictum ab acone quod interpretat̄  
cos: quoniam ut inquit Ouidius ea herba  
ex cotibus colligitur ait namq; libro . vii.  
meta. quae quia naſcūtur dura uiuacia cau-  
te agrestes aconita uocant. idem lib. i. Luri-  
da terribiles miſcent aconita nouercæ. lu-  
uenalis: sed nullis aconita bibunſ ſiciliib⁹.  
Agræcis pardalanches quoꝝ dicitur: ideſt  
pardanimalis strangulatot. Sed quod fere  
ignoratur quae ſit ea herba: aconitum uul-  
go pro quoꝝ ueneno accipitur. Marce-  
lius libro. xliii. dig. ti. ad legem corneliam  
de ſicariis & ueneficis. l. eiusdem. Si qs in-  
quirit temere cicutam & ſalamandram &  
aconitum pityocampas & buprestin dede-  
rit.

Ad p̄positio composita cum dictiōibus a-  
conſonante incipientibus mutat. d. in con-  
ſonantem quae ſequitur: id quod omnes q  
de orthographia ſcribunt: annotauere: ut  
accuro quod ex ad& curro componitur. af  
fligo ex ad & fligo. In pandectis tamen quas  
florentini ex p̄feda pisana in archiuo ad fer-  
uant: ſemper reperiuntur p̄positiones i-  
tegræ: quod & antiquos obſeruasſe ex nu-  
mismatis & monumentis litterarum mar-  
moribus ſuccuſſis etiam hodie uideamus. Ita  
q; in codicibus illis archetypis noſt̄ legiſ ex  
orthographorum ratione accreſco. affero.  
affinis. agnatis. appono. arrogo. aſcribo. aſ-  
ſentio. aſſideo. aſſiduus. aſtringo & huia-  
ſmodi: ſed adcreſco. adfero. ad finis. adgna-  
tus. adpono. adtogo. adſcribo. adſideo. ad  
ſiduus. adſtringo. hoc eſt ad p̄positiōe in  
tegra. Hæc namq; oia & ſimilia tametis nō  
mutant ſenſum: retinenda tamen eſt anti-  
quorū librorum maiestas: in libris maxie  
legū qui quo ſunt uetustiores: eo habent  
maioris autoritatis. Nam ſi quis per regu-  
las artis gramaticæ conaretur talia caſtiga-  
re nō minus peccaret quam ſi pro repetu-  
darū. & finiū regundorū. & de familia he-  
riscunda. & de cōmuni diuidido contēde-  
ret ſcribēdū eſte repetēdarū. & finiū regē-  
darū. & familia herciscenda. & cōmune di-  
uidēdū: quod regulæ quaſi traduntur a grā-  
maticis de formatiōe uerborum id fieri de-  
bere p̄cipiat. Apud antiquos nāq; gerū-  
dia & p̄cipia futuri in diuis a uerbis tertiae  
& quartæ cōiugationis inclinata in undus  
nō in endus delinebāt. Plautus in ipso ſtatī  
iniſio amphitryonis. ut uos in uoſtris uol-  
tis mercimoniis emūdis uēdſidisq; pro emē-  
dis & uendēdis. Permāſit tamē hæc decli-  
nati forma in hoc uerbo eo. is. & ab eo cō-  
poſitiſ: ut eundi eūdo eūdū. adefidus. a. um  
prætereūdus. a. um. Dicimus quoꝝ hodie  
p̄raeſe quempiam iuridicundo. potius quā  
p̄raeſe iuri dicendo.

Addico. is. xi. p eo quod ē adiudico ſimpliſſiſ  
accipit. ut Cicero in officiis. addic⁹ morti  
dixit padiudicatus. & Horati⁹ in p̄rio epi-  
ſtolarum. Nullius addictus iurare in uer-  
ba magiſtri. aliquando etiam inueniſ p eo  
quod eſt uendo ut apud Martialem. Addix  
tilabiene trifagellos: p addixiſt̄ hoc eſt uē  
didisti. Gellius quoꝝ lib. x. liberos uerbera-  
ri addiciq; iuſſerunt ei: cui furtū eſt. Et eſt  
unum de uerbis tribus quae prætori accom-  
modant: de qbus intellexit Ouidi⁹ in p̄rio

fastorū scribens. Ille nefastus erit p quem tria uerba silentur. Fastus erit per quē iure licebit agi. Erit igitur tunc addicere exuectione aliquid alicui adiudicare. Apud iurisconsultos libro. xviii. dig. titulus est de in diē adiectione pro eo quod esse debuit de in diē adiectione. quem errorē primus omnium deprehendit agnouitq; Laurenti⁹ val la. uerbum quoq; ipsum nihilominus corruptum cum aliis in locis tum in eodem titulo legitur. adiicio uidelicet pro addico. ut in l. Vulpiani cuius initium est Quoties. Quoties inquit fundus in diem adiicit. Et ibidem si res in die nō adiecta sit: pro ad dicitur & addicta sit. quod in emendationibus libris reperias. Item libro. xl. dig. ti. de fidei cōmis. li. s̄aepē legitur adiicio & adiectione in eadem significatione sed corrupte p addico & addictio.

Adrogare & adrogatio adoptare & adoptatio nōne adoptio differunt autore Gellio lib. v. noctiū atticarum: ubi ex æquo distinguit adrogationem ab adoptione nec alterā sub altera cadere putat. Eius uerba sunt. Cum in alienam familiam inq; liberorum locum extranei sumūtūr: aut per prætorem id sit: aut per populum. Quod per prætorem sit: adoptio dicitur. quod p populum adrogatio. Adoptantur autem cum a parēte in cuius potestate sunt tertia mācipatione in iure ceduntur atq; ab eo qui adoptat apud eū apud quem legis actio est: uindicantur. Adrogantur autem ii qui cum sui iuris sint: in alienam se se potestatem tradunt: eiusq; rei ipsi autores sunt. & subdit. adrogari nō potest nisi iam uesticeps. i. cum ad anum duo deuigesimum peruererit. Adrogatio autē dicta quia genus hoc in alienam familiam transitus per populi rogationem fit. eius rogationis uerba hæc sunt. Velitis iubeatis Quirites uti. l. Valerius. l. Titio tam iure q; filius sibi fiat: quam si ex eo patre natu treq; familias eius natus esset: utq; ei uitæ necisq; in eum potestas fieri uti pariendo filio est. Hæc ita uti dixi: ita uos Quirites rogo. Modestinus lib. pri. dig. ti. de adoptionib; l. prima: adrogationem ab adoptione eo differre putat: quo species distat a suo genere. Adoptionis inquit nomen generale est. in duas autem species diuiditur: quarum altera adoptio similiter dicitur altera adrogatio. quasi uelit dicere adoptio duas habet species: quarum altera nomine ea ret & ex doctrina Aristotelis nomine gene-

ris appellatur. alterā uero est adrogatio. Accursius adrogationē dicit appellari non quod populus rogaretur: ut scribit Gellius: sed quod adoptator interrogatur an uelit eum quem adoptat sibi iustum filium es se: ex eo fortasse deceptus quod legerat libro. pri. institutionum. ti. de adop. adrogationem fieri solitam imperatoris autoritate: quia lege regia populus ei & in eum omnne imperium suum & potestatem concessit. Quod si ita est: non adoptator sed imperator: qui in locum populi successit: in hismodi adrogationibus faciendis roganus est.

Adulterina res dicitur quae non est legitima sed suppositicia: unde filii adulterini dicti ex adulterio concepti. Hinc adulterina littera Apuleio libro. iiii. de asino aureo. & adulterina clavis apud Salustiū. & adulterina signa uocat festus pompeius: quae sūt alienis anulis facta. Ipse quoq; anulus quo signa imprimuntur adulterinus dici potest. ut libro. xlviii. dig. ti. ad legem corneliam de falsis. l. lege cornelia. ubi Modestinus ait. qui signum adulterinum fecerit uel ex culpserit. Aphricanus quoq; in eodem. ti. l. Siquis. quod si testamentum inquit adulterinum non esset. In eodem quoq; xl. viii. libro. ti. ad legem peculatus. l. Sacrilegium Vulpianus ait. non uidentur adulterinam monetam exercuisse

Aedicula pro parua æde hoc est templo paruo accipitur. Nam ædes. is. in numero singulare semper accipitur pro templo: unde semper adiungitur illi cui deo sacrata est atq; dedicata. ut ædes iouiæ. ædes castoris. ædes concordiae. dicitur quoq; ædes sacra. Ae des. ium. in numero multitudinis significat domum priuatam: caretq; numero singulari. Ab æde igitur sacra fit aedicula pro alicuius dei templo paruo. ut Plinius li. xxxv. supra aediculam inquit iuuentat: hoc est dea presidis iuuentæ ætatis. iurisconsultus libro. xlviij. dig. tit. ad legem iuliam peculatus. l. Sacrilegium. qui ædicularis inquit incustoditas tentauerit. Quod si ædiculari non essent sacræ: tentare illas non esset sacrilegium: atq; ex consequenti ad legem peculatus non pertineret crimen.

Aestimo. as. pro eo quod est taxare accipitur. uerbum frequens in iure. scribiturq; pae dip: quod ab ære & time quod est preciū cōponitur. Sic quoq; in archetypis illis florentinorum pandectis semper scriptū repe

titur: neq; scribendum extimo: as. Id quod in libris recentioribus legitur. Hinc est apud antiques poena æstimata: ab ære inq; festus: quia æstimauerunt eam ouem decus se. i. decem assibus: bouem centusse. i. censum assib;. Hinc rursus fit æstimatio. æstimator. & æstimatorius. ut Vulpianus libro. xix. dig. ti. de æstimatoria actione.

Agnus pro foetu ouis dictio græca est: significatq; purum siue castum. dictusq; est agnus quod ea sit hostia pura & immaculata. Varro tamen de lingua latina agnum putat ab eo dictum: quod sit pecori agnatus. Paulus lib. xxxii. dig. qui est de legatis tertius. l. Cum quererit agni inquit legati quatenus uiderentur: quidam aiebant tan- tum sex mensium esse. Sed uerum est eos legatos qui minores essent anniculis. Hinc pelles agninae dicte ut apud Vulpianum libro. xxxiii. dig. de auro & argento legato. Luestis. pelles inquit caprinae & agninae.

Agrippinensis colonia ciuitas est germania in febris siue galliae belgicae. Auctor Ptolemeus. tempestate quoq; nostra colonia appellatur. de qua Paulus libro ultimo dig. ti. decensib. l. iuris italici sunt in germania in febris agrippinensis colonia.

Agonitheta interpretatur certaminis disposito: & est qui certantibus proponit præmium: quod detur uictori. Hieronymus pri. in iouinianum libro. proponit agonithetes premium. inuitat ad cursum. Idem ad lucinum bæticum. non est inuidus agonitheta nostra. nec alteri palmam: alteri parat ignominiam. Modestinus libro. l. dig. de pollicitationibus. l. Septicia. Agonem inquit constituo trietericu. & sequitur. agonitheta existente ac præsidente uirto meo. Accur sius agoneta legit: non minus falso interptamento quam lectione.

Album tabula erat in qua iudicis nomina scribebantur: quod leuoma græcis dicitur: ut est apud iulium pollucem. Plinius in proœmio naturalis historiæ. quid te iudicem facis: cum hanc operam condicerem: non eras in hoc albo. Suetonius in claudio cæsare. iudicium inquit albo erasit. Idem in do mitiano. equitem romanum erasit iudicu albo. Seneca libro quinto epistolarum tur pes infamesq; etiam ad album sedentibus exceptiones. Vulpianus libro. iiiii. ad editum: cuius uerba transcribuntur in secundum librum digestorum. ti. de ededo. l. prima. Eum inquit edere labeo ait: qui produ

cat aduersarium suum ad album: & demostret quid dictatus est. sic enim in pandectis florentinorum prototypis legitur. nō ad alium. Quo in loco Accursius multa he sitatiōe se ipsum atq; alios torquet. Depretendit hunc errorem primus omnium atq; monstrauit Angelus politianus cui saepē data fuit copia in piciendi libros illos.

Algidū oppidū erat transīmōtes thusculanos: quindecim milib; passū siue urbis romana. nūc urbis tantum uestigia extant. Horati⁹ pri. carminū. quæcūq; aut gelido prominet algido. Pomponius de origine iuris. l. necessarium. Virginius iquit recens a cæde mādēq; ad hoc filiæ crux ad commilitones confugit: qui uniuersi de algido monte: ubi tunc bellū gerendi causa legiones erant relatis ducibus profinus signa in auentinum montem transtulerunt. Atq; algidū ut dimidius oppidū fuit in cuius agro eo tempore romanorū exercitus ab equis cæsus fuerat. Neq; ab algido sed auēcilio mōte tūc exercitus romam uenit: ut auctor est Liu⁹ lib. iii. Allego. is. penultima breui p eo quod est cooptare: hoc est i collegium ad scilicet. cōpositurq; & ad & lego is. Vulpianus li. l. dig. ti. de curionibus. l. generaliter. allegi inq; i. per electionem in ordinem assumi. Allego. as. quod est compositū ex ad & lego. as. penultima longa: est ad aliquem locū mittere. Vnde iuris professores consueverūt allegare leges. i. citare testes ad id de quo disputatione cōprobandū: sed nō sine barbarissimi uitio: quod pro allego penultima longa: p ferunt allego penultima breui.

Alucus fluminis est uallis siue fossa siue cōceptaculū & locus per quē fluvius labit: dum intra ripas notas currat. nam cum euagatur alueum transcendit. Pomponius melat. Ora inquit asiae cum alueo nili amnis descendit in pelagus. In hac significatione accipitur iure cum saepē alias: tum lib. xli. ti. de rerum dominio. l. Ideo quae est Caii. quod si i totū iqt; alueo naturali flumē alias fluere coepit prior quidem alucus eoru est: qui propter ipsam prædia possident. & ibidē saepē. Altas alucus est apium receptaculū: ut in eodem. ti. l. naturalem. antea quā apes inquit in alueo a nobis concludantur.

Ambitus ab ambitione distat: quod ambitus i actu est: ambitio uero in animo est habitu. ambitione namq; peccat: qui præter modum cupit honores: qui ambitiosus dicitur. Ambitum uero committit: qui largitionib; ma-

gistratum consequitur: quae in rebus sacris simonia in religione christiana uocatur: di-  
eius ambitus ut inquit festus ab ambitu aedi-  
fiorum: qui patet in latitudinem pedes du-  
os & semissim in longitudinem idem quod  
aedificium. Libro. xlviii. dig. ti. est ad legē  
Iuliam de ambitu. ubi modestinus hæc in-  
quit lex in urbe hodie cessat: quia ad curam  
principis magistratum creatio pertinet:  
non ad populi fauorem qui scilicet declara-  
tur per suffragia.

Amphora uas est: sed quantum capiat pauci  
nouerunt illi maxime quorum id seire plus  
rimum intererat. Est itaq; spaciū quod cir-  
cumscrībitur a sex ut sic dixerim superficie  
bus quarum latera sunt pedalia anguli ue-  
rorecti: de qua priscianus in libro de pon-  
deribus & mensuris. Pes longo spacio soli  
do latoq; notetur: Angulus ut par sit quem  
claudit linea triplex. Quattuor ex quadratis  
medium cingatur inane. Amphora fit cu-  
tis uim ne uiolare licet: Sacrauere ioui  
tar peio in monte quirites. Libro. xxxv. dig.  
qui est de legatis. ii. Hermog. in. I. Si quis  
serui ex illo inquit dolio amphoras deceat  
& ibidem uinum amphorarum. Item lib.  
xxviii. ti. de penu legata. Scaeuola in. I. pe-  
num. sin inquit & in horreis amphoræ an  
hac quoq; debentur. Accursius uasa tan-  
tum esse dicit.

Aminæum uinum ex celeberrimis campaniæ  
de quo Vergilius. ii. geor. sunt amineæ uis-  
tes firmissima uina. dicti amineum ut pu-  
tat Seruius quasi sine minio. i. rubore. nam  
ut ait album est. Plinius libro. xiiii. princi-  
patus inquit datur amineis propter firmita-  
tem senio quoq; proficientei. Idem quoq;  
falernum & cæcubum dicitur. Macrobius  
in. iii. saturna. de generibus uuarum. amineæ  
inquit a regione dicta. nam aminei fuerunt  
ubi nunc est falernum. Quod uero amineum  
cecum & falernum synonyma sint te-  
statur Galenus in. y. decameridon. in mu-  
sto inquit uuarum austarum quas uocant  
amineas easdem & falernas. idem in libro  
de uinis aminei quod antiqui romani no-  
minant cecubum. idem in libro de eucha-  
ria. album inquit quale est amineum. no-  
minant autem id antiqui latini cecubum.  
Proculus libro. xxxiii. ti. deuino & tritico  
legato. I. Qui amineum inquit græcum &  
dulcia omnia.

Amurca est sanies siue succus ille aqueus atq;  
niger: qui ex oliua simul cum eo exprimit:

atq; subsidit. nam oliua ex quinq; substatiis  
cōstat. osse. nucleo. sansa. oleo. amurca. uer-  
gilius p̄rio geor. pfuit interdū nigra p̄fun-  
dere. amurca: quam Seruius in terptat olei  
fordes sed nō exponit quas cū sint duplices  
nam ut dixi quod subsidit oleo ex oliuaris  
expressiōe d̄f amurca: quod uero post oleū  
in dolia cōditum quasi secūdū purgamentū  
fraces appellant. Plinius li. xv. oleū inq; t̄ in  
amurca & fraciebus deterius fieri. Ad serua-  
baf aut amurca ad multos usus. Vnde Ca-  
to de re rustica. dolia inquit amurcaria dea-  
cem habeat. Vulpianus li. xxxiii. dig. ti. de  
penu legata. I. Cui penū. Aristo notat etiā  
q; esu potuū nō sunt cōtineri legato. ut pu-  
ta ea in qb̄ esse solemus oleū forte garci. as-  
murca. Accursius falsamenta esse dicit sed  
nō quae illa sint exponit. Cū uero in amur-  
canullus cib̄ quod ego legeri estari sit cō-  
suetū forte p̄ amurca legendum est muria.  
Anadema simpliciter corona est. nā diadema  
propriæ regum habetur. dictum anadema  
ab anadeo quod est corono. Lucreti⁹ li. iiiii.  
fluunt anademata mitræ. Paulus li. xxxiiii.  
dig. ti. de auro & argento legato. I. Quam  
uis. Sicut mitræ inquit & anademata.

Analogistæ dicuntur tutores illi q; non tenent  
reddere rationē tutelæ administratae ab a-  
na præpositiōe & logos ratio ut ana tollat  
rationē. Julian⁹ li. xxvi. ti. de administratio-  
ne tutorū. I. Quidā decedens. eos inq; ana-  
logistas esse uolo & paulo post testamento  
cōprehensum sit ut analogistæ essent

Angaria penultima lōga atq; in eadē accentu  
interptatur coactio. Vegetius lib. pri. de re  
militari loquēs de tyronib⁹ in agariis inq;  
plurimum detinendi sunt peculi⁹ habendi  
aciuitatibus. Idē lib. ii. ad uigilias uel anga-  
rias faciendas. Accursius in illud codicis lu-  
stiniiani titulo. de sacrosanctis ecclesiis. nem-  
ine in angariis uel perangariis. &c. angariæ  
inq; quae sunt in opis psonarū pangariæ i  
quib⁹ utrūq; uertit. s. psonarū & rerū ipen-  
dia. uerbū quoq; angario. as. quod interptat  
ur cogo. is. sicut angaria ē coactio Matthei  
cap. xxiij: atq; iterū Luce. xv. angariatuerū  
simone in quendam cireneum. Vulpianus  
libro. I. dig. ti. de priuilegiis veteranorum  
naues inquit angariare posse.

Animaduerto præter illā significationē quā  
habet in promptu hoc est considerare signi-  
ficat etiam punire eum tantum modo qui  
in alterum puniendi habet potestatem dif-  
fertq; constructione nam dicitis animada-

uerto te pro considero te: & animaduerto  
in te pro punio te. Salustius in Catilina ut  
prius inquit in eos animaduerteret. & pau-  
lo post uerberibus animaduertebant in ci-  
ues. Vulpianus libro. xlvi. dig. ti. de iniu-  
riis. l. Item apud labeculae p̄tor ne quid  
insinuandi causa flat. si quis aduersus ea fe-  
cerit prout quæ res erit animaduertam.  
& inde animaduersio pro punitione. labole  
nus. xlvii. libro. dig. ti. de furtis. l. meninif-  
fe. extra ordinaria inquit animaduersione  
coercendum.

Ancones uasa sunt cubitalia quoniam ancon  
grece cubitus interpretatur. Paulus libro.  
xxxiii. de fundo instructo. l. tabernæ. dolia-  
ria inquit uasa. ancones. calices. trullæ.

Anniculus inquit Valla & si formam diminu-  
tiui habet diminutium non est. & dicitur  
tam de reb⁹ animatis q̄ de inanimatis quæ  
sunt unius anni. ut anniculus puer annicu-  
lus agnus anniculum uinum. Paulus de uer-  
borum significatione. l. anniculus. annicu-  
lus inquit amittitur qui extremo die anni  
moritur. & infra. anniculus inquit non sta-  
tim ut natus est sed trecentesima sexagesi-  
ma quinta die incipiente plane non exacto  
dicitur. item aphricanus de legatis tertio. l.  
Cum quereretur. agni inquit qui minores  
essent anniculis.

Annona p̄prie dicitur de re frumentaria. sed  
de aliis quoq; rebus posse dici autor est Ci-  
cero in. ii. de divinatione. annonam iquit  
futuram cariorēm in macello. Erat autem  
præfectus ànonae de cui⁹ origine Luius li-  
bro. iii. ab urbe condita. dicta est autem  
annonia: propterea quod sit alimento an-  
num.

Annua bima trima die id quod multis in locis  
apud iurisconsultos legitur: quo sensu acci-  
pi debet: manifestauit iurisconsultus de an-  
nis legatis. l. si legatum. Si legatum inquit  
sit relictum annua bima trima die forte de-  
na: per singulos debentur annos licet non  
fuerit adiectum equis pensionib;. Ratio au-  
tem huius dicēdi generis illa nimirum est:  
quod cum dies in genere foemino temp⁹  
significet: ut apud Ciceronem longa dies  
admit agritudinem & illud poete longa di-  
es homini docuit parere leones: annuis au-  
tem significet quod est unius anni. bimus  
quod duorum annorum. trimus quod tri-  
um annorum: erit annua bima trima die idē  
quod anno biennio triennio. Quod iuris  
consultus quoq; expressit in. ti. de manu-

missis testamento. l. Si ita inquit sic  
scriptum in testamento. stichus seruus me-  
us heredi meo mille nūmos anno. biennio.  
triennio si soluerit liber esto.

Antiades & paristhmia græcis dicuntur quæ  
sunt latinis tonsillæ: & sunt inflammatio-  
nes circa eas partes quæ mela. i. poma a ce-  
centioribus uero amygdalæ appellantur.  
Celsus libro. vii. capite. xii. Tonsillas quæ  
post inflammationem induruerunt græci  
antiades appellant. Galenus libro. vi. deca-  
meridon. hortulanum inquit ab uuula &  
antiadib⁹ & paristhmiis suffocationem pa-  
tientem. Idem libro. x. de medicina simpli-  
ci. paristhmiis siue fauibus uuulae & antiadib⁹.  
Vulpianus libro. xxi. ti. de ædilitio  
edicto. l. Quaritur. Et si quis habeat an-  
tiades. & si antiades sunt quas existim. i.  
inueteratas & quæ iam discuti nō possunt.  
utrobicq; mendum est antiachæ pro antiadib⁹.  
Accursius fauitem tumores exponit:  
non tamen dicit quos tumores. quod uero  
subdit ut scrophulæ omnino falsum est cū  
scrophulæ sint apud iuniores medicos quæ  
ab antiquis dicuntur choerades græcis la-  
tinis strumæ.

Antidorum ex græco interpretatur remune-  
ratio siue retributio. ab antī quod est re: &  
dorū donum. quasi domi redditio. Vulpia-  
nus libro. v. dig. ti. de petitione heredita-  
tis. l. sed & si. Plane si antidora acceperunt  
dicendum est eatenus locupletiores factos  
quatenus acceperunt. Locus est in quinto  
ethicorum Aristotelis libro hucusq; ab ex-  
positorib⁹ non enarratus. ubi Leonardo  
interprete legitur unde sacra gratiarū sūt:  
quo in loco Aristoteles de hac remuneratio-  
ne loquitur. -

Antidotum siue antidotus est medicamen-  
tum quo nos cōtra uenenum præmunim⁹  
ex eo quod contra detur dicta. A. gelius li-  
bro. xvii. huius autem regis antidotus cele-  
bratissima est quæ mithridaticos uocatur.  
Serenus. Antidotus uero multis mithrida-  
tia fertur consociata modis. & Plinius li-  
bro. vii. contra uenena est præcipuum an-  
tidotum. Paulus lib. xxxiii. dig. ti. de pem-  
legata. l. non omne. quo inquit in numero  
antidotum non est. Item libro. xviii. ti. de  
contrahenda emptione. l. Quod s̄aepē. an-  
tidota inquit & alia quædam salubria medi-  
camenta. utrobicq; Accursius nihil aliud di-  
cit quam esse genus medicamenti sed non  
quid illud sit.

Antinomia potest interpretari legum contra  
rietas. ab antiquis contra & nomos lex: ut in  
codice iustiniano. ti. de veteri iure enuclea-  
do. l. deo auctore. nulla inquit in omnibus  
prædicti codicis membris antinomia sic eni-  
m auctoritate græco uocabulo nuncupatur.  
& paulo post per suum uitium antinomias  
induxerunt.

Antoninus & seuerus quoties in libris dige-  
storum legitur mendum est insigne pro eo  
quod esse debuit Antoninus & verus: tum  
ex codicibus illis uerustis florentinorum:  
tum etiam ex ipsa temporum historia.

Apochæ dictio græca est interpretatur q: re-  
ceptio. nam tunc illam creditor dat debito-  
ri cum ab illo pecunias numeratas aut rem  
quam illi debebat recepit. Vulpianus li-  
bro. xlvi. dig. de accepti lationibus. l. si ac-  
cepto latum. intra accepti lationem inquit  
& apocham hoc interest: quod accepti la-  
tione omnimoda liberatio contingit licet  
pecunia soluta non sit. Apochæ non alias  
quam si pecunia soluta sit. Item de fide in-  
strumentorum. l. plures apochis. atq: in eo  
deinde titulus est de apochis.

Apolides græce dicuntur qui extores siue  
exules sunt: dicti uel ab apolo quod est de  
perdo siue ab. a. particula priuatua & po-  
lis quod interpretatur ciuitas: ut Martianus  
scribit libro. xliii. dig. de pœnis. quidam in-  
quit apolides sunt. i. sine ciuitate. Vulpia-  
nus quoq: de legatis iii. l. prima. nec testa-  
menti inquit faciendi ius habent cum sint  
apolides.

Apostoli. orum. ex græco interpretantur di-  
missoriæ litteræ: ab apostolo quod est de  
remitto. Unde est apostole. es. quod remissio. T.  
Litus apostolos inquit fregit in senatu. ti-  
tulus est apud iuris consultos de libellis di-  
missoriæ qui dicuntur apostoli. libro. l.  
dig. Modestinus quoq: de uerbis. sig. l.  
dimissoriæ. dimissoriæ inquit litteræ dicu-  
tur: quæ vulgo apostoli

Apparitores dicuntur qui apparent & præsto  
sunt obsequunturq: magistratibus. Ver-  
gilius. viii. æf. quam ipsi cupiant regi ap-  
parere latino. Gelius libro. ii. postea q: li-  
ctor qui illi apparebat intellexit. Cicero li-  
bro. iii. de legibus. leges inquit sunt quas  
apparitores nostri uolunt. Hieronymus ad  
Saluinanum. nihil nocuit militanti paludame-  
tum & baltheus & apparitorum caterua.  
Vulpianus libro. xxi. ti. de euictionib[us]. l.  
si pignora. Si pignora inquit ueneant per

apparitores.

Appendicu[s] a. um. dicitur quod ab alio pen-  
det. Hieronymus ad furiam pudicicia sine  
comitibus & appendiciis suis continentia  
& parcitate. V[er]o Vulpianus libro. xxix. dig. de  
acquirenda hereditate. l. si quis: lunt inquit  
appendicæ præcedentis institutionis.

A quæminari[u]m uas est quod quoquo uersum  
fundit aquas: unde agricola ex herodoto in  
interprete Valla per ihanterion dicitur ape-  
ri. circum & rantizo spargo siue irroro.  
Pompo. libro. xxxiii. de auro. &c. l. et si. de  
aquiminaro dubitatum est & puto conti-  
neri. nam & hoc propter escientia paratur.  
& eodem. ti. l. in argento. de aquiminaro  
inquit Cassius se confutum respondisse.  
Item de supellectali legata. l. id est. aquimi-  
narii sape meminist.

Arcarius. is dicitur qui pecuniam publicam  
adseruat. Hieronymus in calce epistole ad  
romanos pro eo quod in græco est oecono-  
mus ipse arcarius interpretatus est. Salutat  
inquit uos eraurus arcarius ciuitatis. Scæ-  
uola libro. xxxx. dig. in. ti. de fidei cornis-  
sa. liber. l. thais. stichum inquit rationibus  
redditis manu mitti uolo. stichus arcarius  
probante domino nomina fecit. In codice  
quoq: iustiniano titulus est de susceptoris  
& præpositis & arcariis. potest igitur  
arcarius esse publice & priuatim.

Archiatros ex græco interpretatur princeps  
medicorum dictus ab archos quod est prin-  
ceps & iatres medicus. Augustinus libro.  
iii. de ciuitate dei. ubi se inquit & sculapius  
excusabit: quod archiatrum se non obstetri-  
cum profitebatur. Hieronymus ad Euas-  
trum ne fieret ait aliqua plaga: que sci-  
entiam nostram lateret archiatri. Iulius quoq:  
firmicus libro. ii. matheseon. Mercurius in  
tertio ab horoscopo loco constitutus facit  
archiatros. In codice iustiniano. ti. de pro-  
fessoribus & medicis libro. x. medicos inqt  
& maxime archiatros uel ex archiatri. & l-  
fra. l. archiatri. archiatri inquit sciètes an-  
nuaria sibi commoda.

Archigeron interpretatur princeps seniorum  
quoniam geron. tos. græce est senior siue  
senex. In codice iustiniano. ti. de episcopali  
audientia. l. archigerontes. archigerontes  
inquit & dioecetae. Accursius quod mi-  
rum fit archigerontes archipresbyteros in-  
terpretatur recte: quod presbyteros & que  
senior interpretatur. ut idem fit archigerō  
quod archipresbiter.

**A**rchiguberniū interpretatur gubernatoriū prīceps siue classis praefectus compositum nomen ex græco & latino quod per q̄ rariū est: aliquando tamen fieri solet: ut Quinti llianuſ libro primo ostendit. labolenus lib. xxxvi. dig. ti. ad senatus consultum trebelianum. l. eius. saturnius inquit archiguber niū ex clasē britannica.

**A**rchimandrita interpretat agmīniſ siue grægi prīceps. mandra namq; multa signifi cat apud gracos. speluncam interpretatur frater ioannes carmelitanus. luuenalis mā dram posuit pro mulione: cum in tertia sa tyra scripsit. stantis conuictia mandræ. Mar tialis pro ipsa mulorum concatenatione dicens. Vixq; datur longas mulorum uincere mandras. Atque idem aliubi pro calculo in ludo quem uocat uulgas seacorum. his uer bis sic uincas nouiumq; publumq; Mādris & uitreo latrone clusos. In codice tamen iu stiniano libro pri. pro pontifice accipitur. Reuerendissimi inquit archimandrita. Idē coll. prima de monachis. deo inquit amabilis episcopi & archimandritæ. utrobiq; pro pastore.

**A**rchimimus interpretatur prīceps mīmorū. Sūt autem mīmi pœmata lasciuientia in tut pitudinem: de quibus scripsit Ouidius scribere si fas ē imitantes turpia mīmos. & mar tialis. mīmos ridiculi philistrionis. Mīmus uero autore diomedē dictus est quod omīa solū imitē a uerbo græco mīmeomā quod interpretatur imitor. nam cum alia poema ta idem faciant: hic tamen peculiari quodā modo. Julianus libro. xxxviii. de operis lib. l. patronus. nam si quis inquit archimimū uel pantomimum.

**A**rchitectus interpretatur prīceps fabrorum nā tecton est faber lignarius maxime. sed ar chitecti negotium ad plura se extendit. Vi truius libro pri. de architectonica. Archi tecti inquit scientia est pluribus disciplinis & uariis eruditioñib; ornata: culus iudicio probantur omnia quæ aceteris artibus proficisciuntur opera. ea nascitur ex fabrica & ratiocinatione. Hinc paulus apostolus translatione utens dixit. in epistola quadam quasi sapiens architectus fundamētū posui. Callista. lib. l. de iure iūmu. l. gbusdā ueteri nariū inquit architectus.

**A**rchiuū interiecta. u. alatinis dicitur quod est græcis archion. quod interpretatur prin cipium & est locus ubi monumenta littera rum publice adseruant. Martianus in philo

logiæ nuptiis. Clotho & lacheſis librariæ superum archiuū custodes. Hieronymus in prologo eſter. librum inquit eſter uariis translatoriib; conſtat esse uitiatum: quem ego de archiuis hebræorum reuelās uerbo euero expressius tranſtuli. Vulpianus libro. xlviij. ti. de poenit. l. moris quo loco inquit publice instrumenta deponuntur archiuo forte uel grammatoſylacio.

**A**rea inquit festus Pōpeius locus est uacuus: quaſi exaracterit: & non possit quicquam generare: qualis est in qua terūtūrū messes. Est quoq; in urbe ſolum ſiue terræ ſupſicies in qua nihil eſt & diſtacatum. florētinus de uerborum ſigni. l. fundi. locus inquit ſine aediſcio in urbe area. in rure ager.

**A**relatēſis ab eo eſt quod eſt arelas ſiue arelate ciuitas puinciat narbonēſis. nunc eſt arles. Plinius lib. xxxiiii. pompeius paulini egis arelatēſis filius. Scœuola libro. xxxiiii. dig. de uſu & uſu fructu. l. codicilliſ. ad rē pub. inquit arelatēſium pertinere.

**A**rena plerūq; pro amphitheatro ponit quo in loco bestiæ conficiebantur ſic appellatus ab eo quod arena in ſolo ſpargebatur quæ ſanguinē effuſum ex uulneribus ſiue ferat: ſiue gladiatoriū ehiberet. luuenalis. lenoni b<sup>2</sup> atq; lanistiſ libertas iuriſq; idē contingat arena. Vulpianus libro. xlviij. dig. ti. de ac culatorib; l. qui iudicio. quicum bestiis inquit depugnandi cauſa in arenā intromiſſi ſunt. Hinc & arenarii dicti qui operas suas locabant aut obiciendo ſe feris aut cōgre diendo cū altero gladiatore: cuiuſmodi homines infames ſunt. Callistrat<sup>2</sup> li. xxviii. de opis libertorum. l. hæc demum. neprare nariū inquit manumifſus. &c.

**A**reſeuſa nomē celebre eſt fœminarū in libris digestoriū in libris recentiorib; mendose legiſ arethusa. Neq; ignoro arethusa nym pham eſſe & fontē eiusdem nominis in ſici līa. de utraq; V ergili<sup>2</sup> in bucolicis & in quar to georgicoriſ lib. Sed quod ad iuriſ ratio nem attinet nihil refert areſeuſam dicas an arethusa. nos puritatē lectionis defendimus quod grāmatici proprium eſt officiū.

**A**rgentariū non tam argenti opifex eſt q; pecunias publicas exigit: aut pecunias ſub fide publica permutat qui uulgo campſores appellantur. Marcellus libro. xl. de ſta tu liberis. l. Stichus. aut argentariæ inquit mēſae exercitores. Item libro ſecundo dig. ti. de edendo. l. Prætor. prætor ait. argen tariaſ menſa exercitores.

Armentum inquit Varro de lingua latina dis-  
cūm est quod boues maxime parabantur  
ut inde eligerent ad arandum. Inde armen-  
ta dicta postea tertia littera extitit pro ara-  
menta. festus tamen pompeius armentum  
Id genus pecoris appellat: quod est idone-  
um ad opus armorum. Pomponius. tī. de  
uerborum sig. l. boues. boues inquit armē-  
torum magis quam iumentorum nomine  
appellantur.

Armilla inquit festus erant ex auro quas uiri  
militares ab imperatoribus donati gerebat  
dictæ quod antiqui humeros cum brachiis  
armos vocabāt: unde arma ab his dependē-  
tia sunt vocata. Vulpianus lib. xxxviii. dig.  
de auro & argento legato. l. argumento in  
aures inquit & armillæ.

Arra. sive arrabo. onis. p̄prie illud est quod  
datur pro emptionibus confirmandis. Nā  
quemadmodum Vulpianus ait sine precio  
uenditio nulla est. Neq; precii numeratio  
sed conuentio facit emptionem. Sed ut Ca-  
ius iuris consult⁹ ait quod arra pro emptio-  
ne datur: non eo pertinet quasi sine arra cō-  
uentio nihil proficiat: sed ut evidentius p̄-  
bari possit conuenisse de precio. Sed cur in  
sponsalibus contrahendis ab sponso arra  
dentur sponsæ: unde per eam habeat origi-  
uem pauci nouerunt. Consuetudo fuit a-  
pud maiores nostros ut sponsus & spōsa ini-  
turi feedus matrimonii se in uicem coeme-  
rent. facta igitur precii conuentione & spō-  
sa emebat ipsum dotis precio: Id quod  
Plautus expressit dicens. imperium accepit:  
dote libertatem uendidi. & luuenalis. V-  
eniant adote sagittæ libertas emitur. Ecō-  
trario sponsus emebat sponsam. Vnde est  
illud Vergil' antum ex primo geor. Teq; si  
bigenerum tethys emat omnibus undis.  
Sed quia utrumq; premium futurum erat in  
potestate uiri: accipit ille dotem qua empt⁹  
est ab sponsa: illa uero tantum accipit arras  
quod est quasi quoddam emptionis signū.  
Aliquando tamen arra pro pignore simili-  
citer accipitur apud autores.

Arremo. onis. trochlea genus est hoc est ma-  
china ad sublevanda onera quæ græce di-  
citur epagon. Vitrivius libro. x. de archi-  
tectura. In radice inquit machinæ colloca-  
tur tertia trochlea: eam græci epagōta no-  
stri artemonem appellant. Lucas in aposto-  
lica historia. capi. xvii. artemone quasi  
græca dictione utitur cum dicit: & levato  
artemone secundum auræ flatum tende-

bant ad littus. Nam in græco artemona po-  
suit. Sed fieri potest ut a sermone latino ac-  
ceperit Lucas: cum præsertim qui cū pau-  
lo erant in ea navigatione romani essent:  
aut saltem romane loquerentur. Quod si  
artemo dictio latina est non potest per. th.  
aspiratum legi: id quod isidorus putauit  
cum nulla dictio latina th: sed neq; ullam à  
liam consonantem aspiratam recipiat. labo-  
lenus. de uerborum sig. l. molum. Malum  
nauis esse partem artemonem non esse la-  
beo ait.

Assesores dicuntur qui assident iudicii non ut  
iudices sed ut approbaturi iudicis senten-  
tiā quomodo Saluator noster discipulis  
dicit. sedebitis & tios super duodecim se-  
des iudicantes duodecimi tribus israel. Iu-  
lius firmicus libro secundo matheeson.  
Mars inquit assesores maximos iudicium  
facit. paulus libro primo. dig. ti. de officiis  
assessori. l. omne officium assessorum quo  
uiri studiosi partibus suis funguntur: in iis  
causis constat. In codice quoq; iustiniano tī  
tulus est de assessoribus & cancellariis.

Athleta īterpretatur pugil sive certator: quia  
athlos est certamen & athlon ipsum certa-  
minis præmium. res quidē honorifica non  
quemadmodum eorum qui artem ludicrā  
excent infamis. luuenalis. Leuibus athle-  
tis & uasa nouissima donat. Vulpianus li-  
bro. xxvii. titulo de excusationibus. athle-  
ta inquit habent atutela excusationem.  
Vulpianus libro. ii. dig. ti. de iis qui no-  
ta. l. athletas. athletas autē artem ludicram  
non facere.

Atriensis sive atriaris seruus est qui aliis ser-  
uis ad domino præponitur. dictus quod a-  
trio hoc est primæ domus parti ubi apud  
antiquos diuitiae ad seruabantur: custos ad  
hibebatur: de cuiusmodi seruo Vergilius  
intellexit cum in æneide dixit fidusq; ad li-  
mina custos. & qualis est aut singitur plau-  
tinus ille saureas atriensis qui sit quasi oe-  
conomus sive utillicus. Plinius cæcilius in  
epistolis. sumptus atriensium topiariorum  
& fabrorum. Seneca quoq; in epistolis. Sed  
habet utillicus. atriensis. colonus. Vulpia-  
nus libro. xxviii. ti. de fundo instructo. l.  
instrumenta. si uilla inquit cultior est: ue-  
luti atrientes & scoparii. Item de uerbo-  
rum signifi. l. in lege. utrum ait dispensa-  
tores. insularii. utillici. atrientes. Accur-  
sius atrientes īterpretatur qui purgant a-  
trium.

**A**ttellanus. a. um. ab attella urbe campania de qua Silius libro. xi. punicorum. lamq; at tella suas iamq; & calatia adegit. Inde attellani ludi & attellanæ comœdiae. Iuuenal. s. Vrbicus exodio r̄sum mouet attellanes. Scænola. ti. de legatis tertio. l. Patronus. fundum inquit i regiōe attellanæ legauit. Autorare aliquem est illum sibi obnoxium facere atq; obligare: quoniam autores dicuntur qui habent potestatem aliquid faciendi. & sine quorum autoritate non potest aliquid fieri. unde tutores dicuntur autores pupillorum. & milites dicuntur autorati aduce siue præfecto exercitus id est obligari in illorum uerba iurantes. Vnde titulus est apud iuris consultos de legendō uel autorando milite. & inde autoramentum pro ipsa obligatiōe. Vnde & Seneca dicit nullum sine autoramento malum est. & Cicerro in pri. officiorum. Est enim illis ipa merces autoramentum seruitutis. Vulpianus libro. xxvi. ti. de autori. & con. tu. l. etsi pluribus. si tutor inquit autoretur cui administratio tutelæ concessa non sit. pro obligatur. idē cōponitur ex autorare pro eo quod est ab obligatione soluere. lege i uerbo ex autorare.

**A**urum coronarū dicebatur quod erat coronis faciēndis aptissimum: & quantū possumus conjectura assequi est illud quod ex iſulis indorum nuper repertis aduehitur: non quodcunq; sed quod uulgo dicitur guani. neq; enim est eiusdem speciei cum auro comuni: quoniam igni purgatum non pertigit gradum uigissimum. In sacris litteris hoc genus auricethem dicitur. & inde cetera dicta est corona aurī. Hui⁹ generis aurī meminit iustinianus in suo codice. ti. de iudæis. l. iudæorum. quam formam inquit patriarchæ quondam coronarii aurī nomine postulabant. Item libro. x. de auro. coronario lege unica. ad collationem inquit aurī coronarii placuit nemini absq; consuetudine esse cogendum. Sed cur illud aurigenus destinaretur coronis illam puto fuisse causam: quod splendore quodam peculiari fulget.

De incipientibus a. b. littera.

**B**Aluca aurum est nondum purgatum neq; adhuc in massam redactum. græce chrysomas dictū: q̄si ab eo quod sit aurū imperfectū. Neq; est uerbū latinū quod Accursius putauit: sed hispanum: sc̄cut scribit Plinius lib. xxxiii. naturalis hi-

storiæ. Hispani inquit aurum quod minatum est balucam uocant. iustinianus libro. xi. in titulo qui est de metallariis. octonos inquit scrupulos in baluca. & infra. l. ob metallum: quattuor decim inquit uncias in baluca. Cuius legis sensus hic est. q̄ si metallarii conduixerunt a principe aurifodinam aliquot auri libris puta centum: id debere esse purgatum quod soluendum est. Quod si uoluerint soluere in baluca: debere p̄dere pro singulis libris quattuordenas uncias: hoc est pro intertrimento & spurcīa duas ultra duodecim. Est opera p̄cium audire somniantem Accursium. Baluca inquit uas lucens: quasi in eo uale aurei illi uectigales principi deferrentur. Sed quia hæc interpretatio sibi non placebat: adiecit aliam nō minus ridiculam. uel baluca inquit quasi baulans lucem. hoc est auri splendorem. Dic mihi o Accursi hoc est de quo tu gloriaris ac currere uel succurrere legib⁹: an potius ea quæ dilucidē a legi latore dicuntur: tenebris inuoluere?

Bannum arecētiorib⁹ df illa sp̄s exilii quæ ab antiquis dicebāt proscriptio. encartados hismodi exules hispani appellant. itali banitos. ii. sunt de quib⁹ in iure ciuili & apud autores latinos dicif: quod carit iure togæ qb⁹ aqua & igni interdictū est. Codice de episcopis & clericis in noua cōstitutiōe frēderici banno inquit imperiali subiaceant. Bapheus interpretatur tinctor. & baphe tinctura: utrūq; ductum a baptō quod est tinguo siue colore inficio. Seruus in illud vergili libro. iii. geor. hyali saturo fucata colore. iuxta taretū inqt sunt baphia ubi tingit lana. iustinianus libro. xi. codicis. ti. de murilegulis. l. baphei inquit p̄ quos & priuata nostra substantia tenuaf: & species glycēi cōfete corrumpuntur. Idem in. ti. de uestibus holoberis. l. purpuræ ad baphia inquit phoenices.

Bastagarii siue bastazōtes dicuntur baſuli & corbulones: qui ferunt onera humeris: dici abastazo uerbo græco quod ē porto. as. latine. iustinianus li. xi. codicis. ti. de muri legulis & bastagariis. quod ad p̄sens inquit remediū pertinet: quintum animal bastagariis pro reparatiōe p̄re beatur. Accursius n̄ hilo plus succurrit q̄ solit⁹ est. sunt inqt bastagarii qui cogūt rusticos ad hoc. uel sunt becharii de domo principis. becharios itali uocant lanios siue laniones: sed diuinat: ut solitus est aliis in locis.

Berytos ciuitas est syriæ phoenices ppe tyrsi  
& sidona. patria vulpiani iuris consulti. Plinius lib. v. berytos inquit colonia que felix iulia appellatur. Scauola lib. xlvi. dig. ti de uerborum obligatione. I. qui romæ. in prouincia inquit syria in ciuitate beryto. Paulus quoq; in titulo de censibus. berytos inquit in phœnicia. Hinc berytius. a. um. unde plinio uina berytia celebrantur lege itatim biblii.

Biblius. a. um. a biblio oppido quoq; phœnicia ces de quo strabo. Plinius. Mela. Est & in ea dē prouincia palæ biblos. i. antiqua biblos. bibliorū meminit iezeciel ppheta ca. xxvi. &. xxvii. Iustinianus lib. x. codicis. ti. q; est de municipiis & originariis. cū te bibliū origine incolam autem berytium esse proposas. utraq; n. syriæ phœnicies est ciuitas & altera alteri finitima est.

Bibliotheca locus est ubi reponuntur libri. nā biblos interpretatur liber theca repositorū. quemadmodū daet ylo theca ubi reponunt anuli. oporo theca ubi fructus arborū. pīna cotheca: ubi tabulae. Vulpianus lib. xxxii. dig. q; est de legatis tertii. l. librorū. libris i quid legatio bibliothecas nō contineri.

Bidens. tis. genus est instrumenti fossoriī dicatum ex eo quod duos habeat dentes: quē admodum rastri quod habet plures. hunc nalis. uiuebidentis amans & culti uillicus horti. Vulpianus lib. xxxiii. dig. l. instrumenta. ligones inquit. sarculi. falces putatoriae. bidentes.

Bini. æ. a. nomē est numerale distributiuum siue diuidiuū hoc est quod significat tot res illarū quæ diuiduntur singulis cōpetere ut si dixeris bini argentei sunt uiritim distri buēdi: intelligimus quod singulis uiris cōpetunt duo argentei. Poetae abutūtur hac significatione accipientes bina pro duob; simpliciter. ut Vergilius pri. æn. bina manus lato cris̄pans hastilia ferro. Idem in. viii. frenaq; bina meus quæ nūc hī aurea pallas Accursius huiusmodi nomina in bis tantū a interpretatur ut bina pro quattuor. quine pro decem. dena pro uiginti contra mentē legis latoris magnog; sensus detimento. Lege in dictione deni. Est & alia significatio huiusmodi nominum cum iunguntur nominibus pluraliter declinatis: ut si dicas binas litteras tuas accepi: intelligo quod accepti duas epistolas: sed binas dixi quia litterae litterarum pro epistola caret numero singulari. Hinc est quod. M. Tullius re

prehendit filium ciceronem quia scripsit se accepisse duas litteras cum debuisse dicere binas. nam dicendo duas significabat quod duo tantum elementa accepit puta. a. b. Neratius libro. xxxix. ti. de damno infecto. l. quod cornelius. binarum inquit adiū & in alia lege de seruitutibus urbano rum predior: cuius initium est. binas ædes habeo alteras tibi lego. utroq; significat duas domos. Nam ædes pluraliter declinatum ut diximus in dictione ædacula domū priuata m̄ significat. Q uod si dixisset duas ædes intelligendū esset quod habebat duo templū: quandoquidem ædes templū si gnificat in utroq; numero. aut quemadmo dū Accursius interpretari consuevit in bis tantum quattuor templū.

leos singula iugera musti. Vulpianus libro  
xxxiiii. dig. de fundo instructo. l. quæ situm.  
cuppe inquit & cullei. Item Scæuola eodem  
libro. t. i. de annuis legatis. l. legatum. uini i-  
quit falerni quod domi nasceretur quot an-  
nis binos culleos. Est preterea culleus men-  
sura frumentaria tantumdem capiens. Scæ-  
uola. libro. xiii. dig. t. i. de pignoratia acti.  
l. ultima. pecuniam sub pignore culleorum  
acepit. Est præterea culleus publica parricidiorum poena ex lege pœpia de parricidis.  
Hinc Iuuenal is de nerone parricida. Cuīus  
suppicio non debuit una parati simia nec  
serpens unus nec culleus unus.

Cuppa & cuppula uasa sunt uinaria: hoc est in  
quibus uina conduntur. Nonius Marcellus  
de generibus uasorum cuppas ponit & ti-  
nas. Vulpianus de fundo instructo. l. instru-  
menta. ubi cuppas exponit uasa uinaria lapi-  
dea uel de terrafacta: cū illa sint dolia cuppæ  
uero ex lignis constent. Item de legatis ter-  
tio. l. Lucius. uasa inquit uinaria. i. cuppæ &  
dolia: quæ in cella desixa sunt. Inde cuppula  
parua cuppa. ut de tritico & uino legato. l. si  
cui. in cuppis inquit sive cuppulis.

### De incipientibus a. d. littera.

**O**Actylotheaca interpretatur anulorum  
repositorym. nam dactylus digitus &  
anulus interpretatur. & theca repository  
rium. Plinius libro. xxxvii. dactylothe-  
cam primus omnium habuit Romaë priu-  
gnus syllæ Scaurus. Martialis dactylothe-  
cam inquit non habet. Paulus libro. xxxii. de le-

gatis. iii. l. argento. a nulis legatis dactylo-  
thecæ non cedunt. atq; ibidem iterum. i da-  
ctylotheaca inquit legata.

Danno. as. præter illam notam significationem  
significat etiam obligare. ut Vergilius in  
buco. damnabis tu quoq; uotis. t. i. de diuor-  
tiis. l. si filius. damnandum inquit eum quā  
ti mulier litem iurauerit. Itē de legatis pri.  
l. cum filio. heredem inquit mihi dare dam-  
nauerit. hinc sape legitur damnat⁹ pro ob-  
ligatus. nam mendū est ubiq; legitur dam-  
nas nihil uerbum cum legi debeat damna-  
tus. ut apud horatū. ii. sermo. gladiatoriū  
dare centum damnati populo paria.

Daphnensis lucus. nemus est suburbanum an-  
tiochiae epidaphne. i. ad daphnē positæ. l.  
laureum quod decem mille passuum ambi-  
tu patet. in syria curua: quo in loco antio-  
chenium cōuer⁹ agitabat ex strabone. fuit  
autē hic lucusa Cn. pompeio magno conse-  
cratus Eusebio autore. Est quoq; antiochiae  
porta daphnitica de qua hieronymus in ui-  
ta ignatii. reliquæ inquit corporis eius anti-  
ochia iacent extra portā daphniticam in  
coemiterio. Iustinianus lib. codi. xi. de cu-  
pressis ex luco daphnensi. l. prima si. quis au-  
tem daphnensis luci in syria arborē ampu-  
tauerit.

Dardanarius dicitur qui imitatur dardanum  
quendam hominem sceleratum. de quo si-  
donius libro. v. Ornia in dardano crimi-  
na simul execrantur. ab hoc Columela di-  
xit in horto dardaniae ueniant artes. Dardan-  
arii quoq; dicuntur propolæ: qui oia præ-  
emunt ut postea carius uendant. Cicero cō-  
tra pisonem. panis tibi de cuppa atq; propo-  
la. Plautus in dardanarii præpropera empti-  
one flagellat iquit annonam. Vulpianus li-  
bro. xlviij. de extraordinariis crimi. l. anno-  
nam. annonam uexare dardanarii solent.  
Item de poenis. l. in dardanarios. &c.

Decedere contrarium est ei quod est succede-  
re. ut si dixeris appius claudius succedit in  
provincia Ciceroni & Cicero decepsit appio.  
Vnde dicti successores & decessores. Vul-  
pianus libro. xlviij. dig. ad legem iuliam ma-  
iestatis. l. Quiue. qui ue inquit de provincia  
cum ei succellum esset: non discessit.

Decido. is. est cum creditore super debito trā-  
figere. Cicero tertia in uerrem. nisi cū mu-  
liere inquit decideretur. Idem quarta i eun-  
dem. Cum reo transfigat cum accusatore de-  
cidat. Idem in quinta. qui septingentis deci-  
dere noluissest: mille ipromisit. Plinius libro. vii.

abunde igitur atq; indulgenter fortuna de-  
cidit cum eo: qui iure dici non queat felix.  
Martialis, conturbabit atlas & non erit uni-  
cia coelo decidat tecum qua pater ipse deu.  
Scatula libro. xxvi. de administrati & peri-  
culo tutorum. l. cū hereditas: cum plærisq; i  
quit creditoribus ita decidit. & infra cum  
plerisq; creditoribus ita deciderunt.

Decisio.onis. ab eo quod est decido. is. in supi-  
ori significatione ut sit decisio idem quod  
transactio. cicero de prouinciis consulari-  
bus. cum tyranno inquit decisiones & direc-  
tiones. Ambrosius ad titianum. prompti-  
or esto decisioni cuius & spes potior & fru-  
ctus est. Paulus libro. xxxv. ad legem falcis  
diam. l. si heres. si haeres inquit cum credi-  
toribus deciderit: ne solidum solueret: &  
ob eam decisionem factum fit ut aliquid re-  
tineret.

Decoatores dicuntur: qui cum non sint solue-  
do: uertunt solum atq; aufugiant. unde ca-  
tillus. decoatoris amica formiani. & ualeri-  
us de uarietate casuum. postea inopia turpe  
decoatoris superlationem. Seneca libro. v.  
de beneficiis. quomodo scenerator quosdā  
debitores non appellat: quos scit decoxisse.  
Iustinianus libro. x. titulo de decurionibus.  
l. quilibet principalium uel decurionum de-  
coator. pecuniae publicae si fraudulētus. hic  
decoatore uidetur posuisse non tam pro  
co qui cum soluendo non sit fidem publicā  
frangit: quam pro eo qui de peculatus est pe-  
cuniā publicā. in quo significatu acce-  
pit Martialis cū ait. nihil colonus uillicusq;  
decoxit. hoc est defraudauit atq; interceptit.  
Accursius non intelligens quid esset deco-  
ctor officii nomen esse dixit.

Decuriones in coloniis & municipiis dicuntur  
qui romæ senatores appellantur: dicta nu-  
mero equitum quibus in militia præerant.  
Autores sunt Nonius marcellus & festus  
pompeius. dignitas uero ipsa decurionatus  
dicitur. De officio decurionum & de illoru-  
dignitate lege in libris digestorum titulum  
Ad municipales. l. quoties & l. libertus. Itē  
de decretis. l. ambitiosa. Omnino decurio-  
num officium est pecuniā publicā habe-  
re. tractare & exigere.

Dediticii serui dicuntur. qui ex obsidione se  
dediderunt in potestatem uictoris. formam  
autem deditonis scribit liuius libro pri. ab  
urbe condita. Obsessor inquit interroga-  
uit. estis ne uos legati oratoresq; missi apo-  
pulo collatino: ut uos populumq; collatinū

dederetis: sumus. Est ne populus collatinū i  
sua potestate: Est. Deditis ne uos populum  
q; collatinū. urbcm. agros. aquam. termi-  
nos. delubra. utēsilia. diuina humanaq; oīa  
in meam romanic; populi deditonem: De-  
dimus. Et ego recipio. De seruis dediticiis  
Iustinianus in primo institutionum libro  
ti. delibertinis. & quomodo manumisisti ob-  
tinebant infimum libertinitatis gradum:  
quoniam illoram iquit pessima cōdicio est.  
Definio & definitio non diffinio & diffinitio  
notatum est a locouico bonognitio semper  
legi in pandectis florentiniis. & ferenūquā  
aliter legitur in libris uetusissimis qui repe-  
tiuntur scripti etiam in aliis facultatibus.  
Defrumentum mustum est quod decoquitur quo-  
usq; pars tertia relinquatur. Plinius tamen  
libro. xiiii. sapia inquit fit musto usq; ad ter-  
tiā mensurā partem decocto: quod ubi fa-  
ctum ad dimidiā est: defrumentū vocamus.  
Vergilius. iiiii. geor. aut igni pinguia mul-  
to defrumentū. uulpianus libro. xxxiii. dig. de  
fundo instructo. l. quæsitū. uas inquit æne-  
um in quo sapia coquere & defrumentū fie-  
ret. item de uino & tritico legato. l. qui uinū.  
mulsum inquit passum. defrumentū. defrumentū  
dictum est quod autore plinio sit ad dimidiā  
as defraudatum. aut quemadmodum uult  
Nonius marcellus: quod ad tertiam redactū  
sit. Non quod Accursius halucinatur: quod  
de usū sit sublatum: ut quamdiu possit ser-  
uetur. quasi sit dictum a fruor. eris.

Deglabrare est delibrare siue cingere hoc est  
arborem decorticare. nam glaber pprie di-  
citur q; leuis est & pilis caret: sed hic degla-  
brare pro leuem facere posuit iuris consul-  
tus Paulus libro. xlviij. dig. ti. arborum fur-  
tim caesatum. l. cædere. Cingere inqt arbo-  
rem est deglabrare siue delibrare.

Delator est alicuius criminis denunciator: dū  
modo ad officium suum non pertineat ea de-  
nunciatio. hoc genus hominū odiosum ha-  
betur. Martialis de delatoriis. turba gra-  
uis paci placidaq; inimica quieti: quæ misé-  
ras semper solicitabat opes. Idem. & dela-  
tor habet quod dabat exilium. Pro denun-  
ciatore tantum posuit iuris consultus Papi-  
nianus. titulo. de diuersis. l. intra. intra quat-  
tuor inquit annos uacantium bonorum de-  
lator. In titulo tamē de iure fisci propria de-  
latoris significatione utitur saepe.

Delibrare quod est librum hoc est corticē ar-  
borei detrahere lege supra in uerbo cingere  
arborem. & in uerbo deglabrare.

Delphi.orum. ciuitas est phocidis ad montis  
parnassi radices posita:ubi apollo solit? erat  
responsa dare: sed quemadmodum ait luue-  
nal. nūc cessant oracula delphicis. ti.de cēsi.  
Delphicæ mensæ adelphis urbe apollini sacra  
dictæ sunt. & erant ex ære quas ueteres cor-  
tinis uocabant. Plinius lib. xxxiiii. ex æte  
inquit factitauerunt cortinas tripodum no-  
mine delphicas. Cicero sexta i uerrem. mē-  
fas delphicas e marmore. Martialis. argen-  
tum atq; aurum non simplex delphica por-  
tat. florentinus. titulo. de supellectili lega-  
ta. l. idest. trapezophora inqt delphicæ sub-  
sellia.

Deminuo. is. & diminutio. onis. non diminuo  
& diminutio ut passim legitur in librīs dīge-  
storū debere. scribi adnotauit Lodouicus  
bonogninus in pandectis florentinorū.  
Est autem capite deminutus ut ait festus: q  
ciuitate mutatus est: & ex alia familia in ali-  
am adoptatus: & qui in hostium potestatem  
uenit: & cui aqua & igni interdictum est.

Demolitor. iris. est illud quod extractū est di-  
ruere. nam moliri est aedificare cuius cōtra-  
rium est aedificata demoliri. V ergilius pri-  
mā. molitiq; arcem & manibus subuoluere  
saxa. Apud antiquiores demolio. is. decli-  
nabatur. ut Diomedes testimonio V arronis  
ostendit: quem citat in libro poetico. nō de  
molio inquit astra. & naeuius in corollaria.  
hæc demolitæ inquit. uulpianus. titulo. de  
usu fructus. l. heres. antequam usufructua-  
rius prohibuerit demolierit. & demolitus  
passiuē. ut in. ti. de usu capionibus. l. eū qui.

Deni. æ. a. nomen est diuiduum distributiū  
quale illud bñi. æ. a. & similia. cuius in modi  
nomina accursius solitus est exponere in bis  
tantum: cum reuera significant cui libet tan-  
tum. quod latuit bartolum. Is enim exponēs  
legem quæ habetur de legatis tertio: si quis  
inquit testamento titio & seio decem dari  
iūslerit nullam hæc uerba recipiunt ambi-  
guitatem ut dena dixisse uideatur: qui decē  
dixit: putauit per dena uiginti intelligi. Ait  
namq; qui reliquit decem non uidetur relin-  
quere uiginti. Nam cum inter decem & de-  
cena illa sit differentia inter oratores obserua-  
ta: quod decem numerum simplicem hoc ē  
decem unitates significet: denal uero cui libet  
decem. Erat sensus legis quod qui titio  
& seio legauit decem: nō legauit dena. i. cui  
libet decem sed decem simpliciter: hoc est  
cui libet quinque. In titulo de uerborum ob-  
ligatione. l. si ita. Accursius dena pro bis de-

cem interpretatus est. Idem de annuis legatis  
l. si legatum. exponens illud si legatum for-  
te sit relictū annua bīma trīma die forte tri-  
ginta dena per singulos debentur annos li-  
cet non fuerit adiectum cū quis pensionibus:  
dena pro decem interpretatus est cum dena  
non simpliciter decem: sed per singulos an-  
nos decem significant.

Depectus participium est ab eo quod est depe-  
ciscor: quod significat turpiter pacisci. un-  
de depector apud Apuleium in oratione pro  
magia. est inquit litium depector. omnium  
falsorum commentator. Vulpianus lib. ter-  
tio de calumniato. l. & generaliter. hoc in  
quit edicto tenetur qui depectus est.

Deserere proprie militum est: qui relinquit  
locum in acie: aut sine commeatu discedit  
ex castris. unde ē deserter & deserto de qb.  
sæpe in librīs digestorum. ti. de re militari.

Desidero; præter illam notam significat etiam  
deficere. Cæsar in commentariis disiderati  
sunt inquit eo die sagittarii circiter ducen-  
ti. i. defecerunt hoc est interempti sunt. Sue-  
tonius in augusto. desiderauit nonnquam  
M. agrippæ patientiam & mecoenatis tacitur  
nitatem. quem locum Eutropius & Sex. au-  
relius non intelligentes decepti huius uer-  
bi ambigua significatione putauerūt quod  
Augustus uoluisset esse æque patiens atq;  
agrippa & taciturnus ut mecoenas: cum a-  
pud Suetoniu desiderare accipiatur pro defi-  
cere. illud quod desideramus. In quo sensu  
acepit iurius consultus in titulo si libertus i  
genius esse dicatur. l. quoties. siue officium  
inquit desideretur. i. deficiat in eo qui deber  
obsequi & obtemperare.

Diaeta locus est in domo ubi per otium uerfa-  
mur. Papinius in. ii. siluarum. V natamen  
cunctis procul eminet una diaetis. Sidonius  
apollinaris in epistolis. ex triclinio fit i diae-  
tam siue coenaculum transitus. Iuris consul-  
tus. ti. de legatis. iii. cellarium iquit iunctū  
eidem diaetæ. Inde diaetarius dict? est seru?  
siue minister in diaeta deseruiens. meminit  
Vulpianus in titulo de fundo instructo. l. q  
situm. Est præterea diaetarius qui ex diaeta  
quippiam furatur. ut V ulpianus in titulo de  
effractoribus. simili inquit modo & diaeta-  
rii & saccularii puniuntur. pro quo mendo  
se legitur detectarii. Idem in ti. de effracto-  
ribus. l. saccularii. qui diaetarii inquit appellantur:  
hoc est qui in aliena coenacula se di-  
rigunt furandi animo.

Diatinctum uidetur gen? esse poculi sicut syn-

therum siue synthesis. Iuris consultus ad legem aquilam. l. si seruus. Si calicem inquit diathetum faciendum dedit. Iustinianus quoque libro. x. l. prima. artifices inquit dia- therarii. i. calices diathetos fabricantes.

Dienses populi sunt macedoniae a dio colonia dicti. hos Pausanias diastras appellat apud quos gymnicum certamen agebatur. Paulus libro ulti. dig. ti. de censibus. In macedonia inquit iuris italicum sunt dienses.

Diffindere diem & diffidio diei quid significet: non est impromptu neque cur sic dicatur. Ge lius libro. xiiii. iussi inquit diem diffindi. & iterum in dierum diffissionibus & cōperen dinationibus. Vulpianus libro. viii. dig. ti. si quis cautionibus. l. non extingues. Si quis inquit cautionibus in iudicio sistēdi cā non obtemperauerit. Siquis ait in iudicio se sisti promiserit & ualeitudine uel tempesta te uel uī fluminis prohibitus se sistere nō potuit exceptione adiuuatur: nec immerito. Cū enim in tali promissione praesentia op̄ sit: quomodo poterit se sistere q̄ aduerſa ualeutudie impeditus est? & ideo etiam lex duo decim tabularum siuex uel alteruter ex ligatoribus morbo sōntico impeditatur: iubet diem iudicii esse diffisum. sic enim legitur in pandectis archetypis florentinorum non diffisum: uideturq̄ significare diem in tercium siue intercapedinatum atq̄ proinde dilatum.

Diffundi uina proprie dicuntur: quæ postea q̄ defæcata sunt in dolis conduntur transuasanturq̄. Iuuenal' ipse capillato diffusum cōsule potat. & Horatius. uina bībes iterū tau ro diffusa. Julianus libro. xxxii. de legati tercio. l. cum queritur. Nam si uina diffusis et habiturus usui. Item Proculus libro. xxxiii. detritico & nino leg. l. cum uinum. Cum uini inquit quod in amphoris seu cadis dif fulum est.

Digitus aquæ est modulus unde salientes tali mensura censemur. frontinus de aquæ ductibus. aquarum moduli aut ad digitorum aut ad unciam mensuram redigendi sūt. Est autem digitus sextadecima pars pedis. uncia uero duodecima. Quemadmodū igitur inter unciam & digitum diuersitas: ita & ipsius digitus. nam aliis uocatur quadrat' alius rotundus. Hæc frontinus. Paulus lib. viii. dig. de seruituribus rusti. prædi. l. lucius. digitum tibi dono aquæ. Accursius per aquæ digitum intelligit quantum fluit per digitum statuæ.

Dioecesis per oē diphthongō in secunda scribitur: & non dioecesis ut uulgo legit. neque accentu in tertia afine ut omnes proferūt: sed in penultima. Item dioecetes non dioeces pro dioeces p̄fecto. Est autē dioecesis gubernatio siue dispositio. & dioecetes gubernator siue procurator. Cicero in epistolis ex prouincia ciliciensi cui sc̄is tres dioeceses asiaticas attributas esse. Iustinianus. ti. de episcopali audientia. l. archigerentes & dioecetes.

Diplomata sunt codicilli siue libelli in quib⁹ beneficia a principibus impetrantur: quales nostro sunt tempore quas appellant bulas: dicta quod in duplicitibus tabellis solitæ sunt concedi supplicibus. Suetonius in Augusto in diplomatis libellisq̄ & epistolis si gnandis. Idem in nerone. diplomata ciuitibus singulis obtulit. Cicero in epistola ad T. ampiūm diploma inquit statim non est datum. A pud iuris consultos accipitur pro itineris festinatioē. hoc est cum per dies singulos duplia itinera conficiuntur. Venerius libro. xl. dig. de uerborum oblig. l. continius. quibus inquit quasi interpretatione quædam inserta est. is qui ephesi se datum sp̄opondet: ut neque diplomata hoc est diebus ac noctibus & omni tempestate cōtenpta iter continuare cogatur. & sequitur. quod si diplomate ac felici nauigatione matutius q̄ quisq̄ peruererit ephesum: confessim obligatus est. Modestinus libro. xlviii. ad legem corneliam de falsis. l. eos. falso inquit diplomate commenauit.

Dispungere siue expungere est transuerso calam rationem cancellare. Seneca de breuitate uita. dispuge ingt ac recense uita tuæ dies. Apuleius de deo socratis. si cotidiana eorum dispungas: inuenies multa rationib. prodige diffusa. Item de uerborum significacione. dispungere inquit est conferre accepta & data & ex ea collatiōe ut ait Ac cursius cancellare quod est redditum. hinc est dispunctio. onis. pro ipsa rationis cancellatura. ut apud Tertullianū in apologetico. ad utriusq̄ inquit meriti dispunctionem. Vulpianus libro. xlii. dig. ti. de bonis auctorit. iudi. possi. l. cum plures. an recognitio inquit & dispunctio concedenda sit creditoribus. nam quod in quibusdam codicibus. legitur disputatio pro dispunctio mendū est. Diffidium inter virum & uxore idem est quod diuortium hoc adiuertēdo illud a diffidēdo appellatum. Terentius in andria ualeant q

inter nos dissidia querunt. Idem in ecyclō nihil malum est quod sit dissidio dignum. Pa-  
pinianus libro. xlviii. dig. ad legem iuliam  
de adulteriis. l. miles. queret inquit an causā  
dissidii præstitisse videar.

Distrahere pro eo quod est uendere aut aucti-  
oni exponere. Suetonius in uespasiano. coe-  
mendo quædam tantum ut postea distrahe-  
ret. Gelius li. xix. sicut nunc inquit bona ue-  
nū distrahitur. Vulpianus in. ti. de trāsacti  
onib⁹. l. si uni. si unī inqt plurib⁹ ue fundus  
fuerit distractus. Titulus est præterea li. xx.  
dig. de distractione pignorum.

Diuortium ut paulo ante diximus idem est p-  
pe quod dissidium. hoc dictum ab eo quod  
uir & uxor dissideant. i. dissentiant inuicē.  
illud quod in diuersas ptes uertant. fiebat  
autem diuortiū per illa uerba quæ sūt apud  
Plautum. res tuas tibi habe: quæ mea redde  
mihi. Paulus in. ti. de uerborum sig. inter di-  
uortiū & repudium hoc iteresse dicit: quod  
repudiari etiā futurum matrimonii potest.  
non recte autem sponsa diuertisse dicitur:  
quod diuortium ex eo dictum est quod in di-  
uersas partes eunt qui discedunt. Est præter  
ea titulus de diuortiis libro. xxiii. dig.

Dolium uas fictile est uino atq; alii rebus con-  
dendis aptissimum. Plinius lib. xiiii. mītio-  
res inquit plagæ dolis condunt uina: info-  
ditq; Cato de re rustica. dolia olearia decē  
habeat. Vulpianus lib. xxxiii. dig. de fundo  
instruc. l. instrumenta. dolia inqt licet defos-  
sa non sint & cuppæ. Idem de auro & argen-  
to legato. l. dolia inqt fictilia qbus terra ad  
fecta est. Inde doliaris q facit dolia. & dol-  
iaris. a. ū. & doliaris. e. ad dolia ptinēs. Pli-  
nius li. iii. a. figlinis inqt dolariorū. & Pau-  
lus de fundo instructo. l. tabernæ. dolaria i-  
quit uasa & ancones. Item. l. si uinū. si dolia  
re inquit uinum emeris.

Dolones hasta sunt: in qbus tanquā in uagi-  
nis latēt pugiones: dicti ab eo quod dol⁹ sub-  
eat. Vergilius lib. vii. saeuosq; gersit in bel-  
la dolones. Suetoni⁹ in claudio. cū dolone  
ac uenatorio cultro præstolātes. Alphen⁹ li-  
xi. dig. ad legē aqliam. l. si ex plagis. flagello  
inqt quod in manu habebat: i quo dolō ine-  
rat: uulnerare tabernarium cooperat. ubi mé-  
doce p dololne legit dolor: neq; minus fallo  
Accursii interpretamento locus enarratus.  
Donaria inqt Valla contra seruium non sunt  
loca in templo ubi dona reponuntur: sed po-  
ti⁹ ipsa quæ offeruntur dona. Verg. iii. geor.  
imparibus ductus alta ad donaria currus.

Lucanus in. ix. neq; eos splendent donaria  
gemmis. Paulus lib. xlvi. de re militari. l. q  
excubias. donarium pro donatiuo posuit.  
Item Codice de sacrosanctis ecclesiis. l. sancti  
inus. pro dono posuit Iustinianus dices. ua-  
sa uel uestem cæteraq; donaria.

Duracinae uuæ dicuntur & duracina persica. de  
uuis duracinis lema est apud Martialem in  
distichis. de persicis duracinis plini⁹. libro.  
xv. duracinis inquit hæret corpus. Iuris cō-  
sultus de uerborū fig. d. qui fundum. Qui  
fundū inqt uendidit: pomūq; excepit ficus  
nuces & uuas duracinas dumtaxat & purpu-  
reas & quæ eius genus essent & quas nō ui-  
ni causa habereamus: quas græci trozimus  
appellant. lege in uerbo trozimos.

### De incipientibus ab. e littera.

**E** Ditus bouis pro stercore quo in qbu-  
sdā regionib⁹ utitur. dict⁹ ab ededo.  
i. extra mittēdo. Iuris cōsult⁹ in. ti. de  
legatis. iii. l. ligni appellatōe. in qbu-  
sdā puiciis editu boum ad hanc rē utitur.  
Esfringere est furandi causa ianuas frangere.  
Terentius in adelphis fores effregit: atq; ir-  
ruit i ædes alienas. Inde effractores dicti. Lu-  
lius firmicus. mercuri⁹ inq; in ariete i octa-  
uo ab horoscopo loco effractores facit. Vnde  
de in libris digestoriū titul⁹ est de effractori  
bus siue iis qui carcerem effregerunt: siue de  
iis qui furandi causa ianuas domorum pri-  
uatarum inuaserunt.

Electri duo sunt genera. alterum est lachryma  
defluens ex arbore glessaria in insulis ger-  
maniae septentrionalibus quas glessarias siue  
electrides dicunt: quæ deinde cōgelascēs in  
lapidis duriciem uertit. Vergilius in buco-  
pingua corticibus sudent electra myrica: .  
Alatinis succinum appellat. de quo in uer-  
bo succinū. Alterum electri genus est metal-  
licum idq; duplex. aut cui p artem in auro ar-  
genti⁹ quinta pars misce: aut quod per na-  
turam sic mixtum reperitur. Plinius libro.  
xxxiii. ubicumq; inquit pars quīta argenti  
portio est in auro electrum uocatur. Sili⁹ li-  
bro pri. punicorum. Electri gemino pallēt  
de semine uenae. Iustinianus in libris insti-  
tutionum. in titulo qui est de rerū diuisiōe  
si diuersæ inqt materiæ sint & ex iis diuer-  
sa spēs facta sit: ut ex auro & argēto electru.  
Itē de legatis tertio. l. pediculis. Vasis inqt  
electrinis legatis nihil interest quātū ea ua-  
sa argēti atq; electri habeat: sed utrū argen-

tum electro an electrum argento cedat. illud quoq; de legatis primo. si quis putat eletri appellatione argentum uel orichalcum contineri. Accursius nunc dicit esse preciosam materiam quæ iungitur argento. nunc genus metalli. nunc genus uasis.

Elenchus lapillus est ex genere margaritarū. Plinius libro. ix. de unionibus hoc est grandioribus margaritis loquens elenchos inq; appellant fastigata longitudine. & luuena lis de inauribus foeminarum auribus extensis grandes commisit elenchos. Paulus intitulo de auro & argento leg. l. pediculis. Itē cum inaures in quibus duæ margaritæ elæchi & smaragdi duo legasset: & postea elenchos detraxisset.

Elogium est testificatio de aliquo honoris uel uici. vererationis causa. Cicero in pri. thuscula. qm id ipsa monumenta quid elogia significant. Ia. em de senectute. in quem illud elogium plu. rimæ consentuūt gentes. Vulpianus libro. x. xi. de ædilicio edicto. l. ædiles aūiunt: paululi. id deflexit significationem cum dicit. elogium huic edicto subiectum est. de elogio in propria significatione hoc est pro testimonio sed in malam partem. Martianus libro. xlviij. dig. ti. de custodia & exhibitione reorum. l. diuus hadrianus. qui cum eo id quid elogio mittuntur ex integrō audiendi sunt. & infra in eodem titulo in leg. celsi cuius initium est non dubium. remittat inq; illum cum elogio ad eum qui ei prouinciae præfuit unde is homo est.

Elusco. as. est aliquem altero oculo orbare. Nāluscus est qui altero oculo caret: non ut quidam putauerunt: qui lumine adhibito nihil uidet. Vulpianus lib. xiii. dig. de condicione triticaria. l. in hac actione. si quis inquit post moram seruum eluscatum dederit. Idem libro. ix. ad legem aquilam. Julianus inquit scribit aquilia teneri eum qui eluscaverit in disciplina discipulum. Inde eluscatio. onis. pro eluscandi hoc est altero oculo priuandī actione. Nam quod uulpianus scribit in. ti. de ædilicio edicto. l. idem offilius eluscationem qdam putat ubi homo lumine adhibito nihil uidet: qui id dixerunt nō sunt audiēti quia nulla freti autoritate id dicūt. Quid enim luscus significet suo in loco uidebis.

Emansor miles is dicitur qui extra castra uagatur animo reuertendi eoq; distat ad deserto re. quemadmodum & erro dicitur seruus q; eo quoq; animo errat ut ad tempus reuerta-

tur. sicut fugitiuus qui non habet animum reuertendi. Modestinus libro. xli. dig. de re militari. l. desertorem. Emansor inquit ē qui diu uagatus ad castra reuertitur.

Emblemata sunt quædam ornamenta uasorum quæ addi atq; detrahī possunt dicta ab emballo quod est impono siue intersero. Plinius lib. xxxiiij. Vlysses inquit & diomedes erāt in phialæ emblemata. Cicero quoq; in uerrem emblematum in uasis meminit. Vulpianus in. ti. de auro & argento leg. l. sigilla. emblemata recte legantur & separant & præstanta sunt. & in eodem titulo. l. et si quæ est pomponii. ea que iaurata sunt nō deberint neq; aurea emblemata. Item Vulpianus libro. x. ti. ad exhibendum. l. tigni. si ansam cypho in iuxeris uel emblemata phialæ.

Emeriti dicuntur milites qui sunt ex auctorati. hoc est militiæ sacramento soluti: quibus que iam donatum est persolutum. dicti ab eo quod mereri hoc est stipendium facere desierint. Lucan in pri. quæ sedes erit emeritus. Modestinus de re militari. l. desertore. si expleto tempore militiæ redeat ut ueteranus restituatur & emerita accipiat.

Emerita & emeritensis colonia ciuitas est lusitanæ nominatissima augusta cognomina. ta. nam ut scribit dion deuictis catabris & asturibus eam urbem illis qui supra etatem esset emeritis Augustus habitandam cōcessit. unde urbs appellata emerita augusta ex nomine conditorū & augusti. Paulus libro. l. dig. ti. de censibus in lusitania inquit pacenses & emeritenses.

Emiseni populi in emisena regione apamena coeles syriæ. ubi & emisa ciuitas est. de quibus in eodem titulo de censibus. Paulus inquit. imperator noster Antoninus ciuitatē emisenorum coloniam iuris italicī fecit.

Emphyteosis interpretatur insitio ab emphyteuo quod est infuso siue planto. nam phytton est planta & quod in libris iuris consularum dicitur emphyteosis: & fundum dari in emphyteosin proprio dicitur hoc est in plantationem. improprie dicitur de omnib; aliis reb;. puta de area. & quæcūq; possunt ut ipsi dicunt recipere meliorationem. Inde deducitur emphyteoticus & emphyteotarius.

Emphracta nauigia dicuntur quæ sunt tecta a uerbo græco emphracto quod est tego siue claudio sicut econtrario aphracta dicuntur quæ non sunt tecta sed aperta. De qui-

bus Ciceron ad atticum. nos rhodiorum a-  
phractis tranquillitates aucupatur etiam? .  
Vulpianus lib. xiiii. dig. de exercitoria acti-  
one. l. prima. quædam inquit sunt naues o-  
nerariæ quædam emphractæ non empha-  
tæ ut pleriq; omnes codices habent.

Emplastrum ut inquit Celsus libro. v. hoc di-  
stat apastillo: quod emplastrum liquati ali-  
quid accipit: in pastillo tantum arida medi-  
camenta aliquo humore iunguntur: dictum  
emplastrum ab emplatto quod est fingo si-  
ue formo.; Caius libro. xli. dig. de acquirē-  
dorern domino. l. ideo.

Epidemitici dicuntur hospitiorum metatores  
in urbe. dicti ab epidemia quod interpreta-  
tur in urbem aduentus. Vnde in codice iu-  
stiniano titulus est de epidemeticis & meta-  
tis. lege uerbum metator siue metatus.

Episcopus speculator siue explorator interpre-  
tatur: dictus ab episcopo quod est conside-  
ro. Cicero scribit se episcopum designatū  
apompeio ut oram campaniæ maritimā spe-  
cularetur. Arcadius de munib; l. mune-  
rum. Episcopi inquit qui præsunt pani & ce-  
teris uenalibus rebus.

Epistomium inquit merula est foramen p; quod  
aqua defluit ex cōchajabro uel cratero. Var-  
ro de re rustica. lib. iii. epistomis uersus ad  
unum quemq; factum. dictum inquit quasi  
in ore. uel potius ab epistomizo quod est ob-  
turo: ut sit epistomium canalis operculum.  
Vulpianus libro. xix. t1. de actio. empti &  
uenditi. l. fundi. castella plumbea. opercu-  
la puteorum. epistomata. legitur & epitome  
um apud Senecam libro. xlii. episto. nisi a-  
quam inquit rigentem epitonia fuderint. &  
Vitruvius libro. x. s;epe in eodem significa-  
tu ponitur. Interpretatur autem epitonium  
ligamentum.

Epitome interpretatur breuiarium. i. ubi res i  
compendium rediguntur. ut Vulpianus lib.  
xlvi. de acceptilationib; l. an inutilis. epi-  
tomatum inquit liber labeonis. utroq; enim  
modo declinatur. epitome. es. & epitoma  
atis.

Epulum inquit Valla est coniuicium numero-  
sis ciubus exhibitum in honorem deorum  
aut in ostentationem magnificentiae. aut in  
funere parentali. Gellius libro. xi. solemnis  
die epulum ioui libaret: atq; ob id sacrificiū  
senatus in capitolio epularetur. Hora. ii. ser-  
mo. gladiatorum dare centum damnati po-  
pulo paria atq; epulum arbitrio arr. Juris co-  
sultus. de legatis in quadam lege cuius ini-

tium est ad munus. uel si epulum inquit re-  
licitum fuerit.

Eremodium interpretatur desertio siue soli-  
tudo. nam eremus desertū interpretatur &  
est eremodium quando reus damnatur ex  
eo q; in iudicio non comparuit quasi desola-  
tum siue desertum sit iudicium propter rei  
absentiam. Pomponius libro. iii. dig. t1. de  
minorib; xxv. annis. l. et si. restitutione in  
eremodium praestari debere. pro quo men-  
doso legitur hermocidium.

Ergasterium interpretatur officina: ubi ab ar-  
tifice aliquod fit opus. nam ergon est opus  
siue officium. Ut in codice iustiniani. tenu-  
lo de episcopis & clericis. l. omnis. ex erga-  
steriis iuquit & tabernis conquerire potuit.  
Item libro. xi. de epidemeticis & metatis. l.  
in qua libet iuquit ergasteria: qua mercimo-  
niis deputantur. Papiniianus libro. xlvi. de  
via publica. l. ædiles. ut ante ergasteria nihil  
proiectum sit.

Erromes serui dicuntur qui uagantur sine cau-  
sa. animum tamen habent redeundi ad do-  
minos fugitiui tamen qui eo animo fugiūt  
ut non redeant. Eo quoq; modo ex propor-  
tione habent se desertores & emigratores. Ar-  
rianus libro. xlii. de remilitari. l. qui cum.  
Erro inquit in seruis est ut emansor in mil-  
tibus. Item libro. xxi. qui est de ædilicio edi-  
cto. l. quis sit fugitivus. sed proprie inquit  
erronem sic distinximus: non qui fugit: sed  
qui frequenter sine causa uagatur. Labeo ita  
diffinit erronem paruum fugitiū esse.

Etiam particula est consentientis sicut non est  
negantis. Priscianus libro. vii. interroganti  
legis: etiam uel non respondemus. Plinius  
cæcilius in epistolis. stades inquam: respo-  
dit. etiam. & illud ex euangelio. intellectis  
haec omnia dicunt ei etiam. Juris consultus  
de uerborum obli. l. prima. & responderit  
quidni. etiam. nam utrūq; aduerbiū con-  
sentientis est.

Etiam in pro adhuc apud Plinium & corne-  
lium celsum frequenter legimus. Ouidius  
xiii. meta. etiam num libera coelo brachia. i  
adhuc. Idem libro. xiiii. spectantem uultus  
etiam num cæde madentes pro adhuc utro-  
biq;. Vulpianus t1. Arborum furtim cæsa-  
rum. l. item. etianū reponi potest.

Euestigio pro continuo siue statim. Priscianus  
libro. xviii. Romanū inquit euestigio dix-  
rūt uel quod stas aliquis in eode uestigio fa-  
cit: unde statim quoq; dicit. uel quantū tem-  
pus est in uno uestigio faciendo: quod est bre-

uissimū. Scāuola li.iii. de negotiis gestis. l.  
diuotic facto. nō igt euestigio i officio de  
luit. Accursius qd euestigio eset non in  
telligentis in principio gestionis exponit.  
Exacta dicuntur illa quae sunt perfecta: & ad  
quae ultima ut aiunt manus iposita est. alias  
exacta sunt quae iā præterierunt. Vergi. pri.  
geor. exacta ad mensem pluuiā uentisq  
carebit. Idē in tertio exactis grauidæ cū mea  
sibus errant. Paulus lib. xlivii. ti. de actio. &  
obligatio. l. pri. exactissima inquit diligētia  
in priori uidelicet significatione.

Exaggerare est accumulare. nā agger. eris est  
terra accumulata. Cæsar in commētario hi  
spaniensi. mortes mortibus exaggerebat. &  
per translationem Cicero. nihil est ad exag  
gerandū orationem accommodatius. Vulpianus.  
ti. deitiner actuq priuato. l. Vnde.  
aut deprimat aut exaggeret iter.

Exautorare est militē sacramēto militiæ solue  
re: quēadmodū ediuerso autorare est. militē  
sacramento sibi obligare. Plinius cæcilius i  
epistolis. Cæsar excusis p̄bationibus cētu  
rationē exautorauit. Seneca in. iiii. epistolarū  
exautoratus ac liber qui uiuit uita priuata.  
Vulpi. ti. de iis qui notantur ifamia. l. quod  
ait. sed & si eum inquit exautorauerit. idest  
insignia militaria detraxerit. quod si per in  
signia militaria Julianus intelligit honorū  
insignia: falsum est interpretationem. nam  
potest quis exautorari & non amittere insi  
gnia honorum. emeriti namq exautorantur  
citra honorum amissionem. est enim ut di  
ximus exautorari a militiā dimitti. Itaq com  
modius exposuit Arrianus. in titulo de libe  
rali causa. l. qui de libertate. exautoratus in  
quit: idest amilitia remotus. In quo significa  
tu accipieundum est. in titulo de re militari.  
Excōsul dicif q perfūctus est cōsulatu: sicut ex  
quæstor: q perfunctus est quæstura. usitati  
tamē ille dī consularis hic uero quæstorius.  
Iustinianus in prooemio codicis Thomā in  
qt quæstorē sacri palati & excōsulē. nō qd  
cōsulatum dimisit ut exponit Accursius; sed  
quod est p̄functus cōsulatu ut diximus.

Exemptilis. e. dī illud quod potest eximi siue  
detrahit ab alia re. Columela li. ix. de rerusti  
ca. idcirco sunt exemptiles: ut cū res exigit a  
paxillis deductæ liberum exitum præbeat.  
Vulpi. de auro & argento lega. l. argumen  
ta. lapides si quidem exemptiles sunt.

Expungere idē est quod supra diximus dispu  
gere: hoc est calamo transuerso rationem cā  
cellare. Plautus in cistellaria. nunc quod re

liuum restat: uolo persoluere ut expunga  
tur nomen: neqd debeā. Persius pupillū ue  
tinam quē proximus heres in pello expun  
gam. Hermog. ti. de diuersi. & tempora. l. i  
omnibus. rationes inquit rei publicæ sub  
scriptæ & expunctæ.

Extricare est quod intricatum est expedire atq  
resoluere: siue enodare. Vulpianus lib. ix.  
ad legem aquiliam. l. si seru⁹ seruū. si cū mar  
garitas inqt maritus dedisset in usum extri  
catas: easq inuito ul' in scio uiro perforasset.  
Margaritæ nāq non possunt intricari in li  
neam uel in ueste nisi perforentur. igit extri  
catas dixit pro solutas & non pforatas. neq  
in lineam redactas.

### De incipientibus ab. f. littera:

**A**. Alx messoria est qua frumentū metit.  
fals putatoria qua uites aliaq arbores  
putantur. fals scenaria qua scenum se  
cat quae lumaria quoq dī:qua etiā spi  
nae nepresq cædunt. Vulpian⁹. de fundo in  
structo. l. instrumenta. falces inquit messo  
riae. scenariæ. putatoria.

Familia tū p pecunia accipit rebusq heredita  
tiis ut in lege duodecim tabularū cuius uer  
ba ponunt in titulo de uerbō significati  
one. agnatus inqt pximus familiā habeto. i  
hereditatē. hinc est titulus apud iuris cōſul  
tos de familia herciscunda. i. diuidēda here  
ditate. Alias familie appellatione famuli &  
serui p̄prie cōtinens: unde & familia dicta  
est. Vulpi. li. xlvi. de ui & ui. l. pri. familie i  
qt appellatōe serui cōtinens. Itē Vulpianus  
lib. xxi. de ædilicio edicto. l. ædiles. familie  
inqt appellatōe oēs qui in seruitio sunt cō  
tinens etiam liberi. Hinc pattes familias &  
familiarum dicti. & dī familias in genitivo  
casu quod apud antiquos: noia primæ de  
clinationis in. a. terminata. as. faciebat gen  
itiū. ut Nævī. runcus atq purpure⁹ filii ter  
ras. & lūlius andronicus escas habem⁹ mēti  
onē p terræ atq escas. neq; habet accētū in  
ultia. quomodo nūc uulgas loquī: sed i ter  
tia afine familias hoc est in secūda syllaba.  
Ferruminare est p eandem materiā cōglutina  
re: quemadmodū ferrum ferro adglutinat.  
nō interueniēt alia materia. Plautus in mi  
lite. labra labellis ferrumiavit. i. p̄mēdo ad  
glutinavit. Pōp. li. xli. de acgrēdo. r. d. l. qd  
qd. quidqd inquit alieno argento ferrumi  
naueris. Cassi⁹ quoq apud paulum ferrumi  
natio inqt p eadem materiā facit cōfusionē

lege replūbo. as & quo differat a ferrumō. as Figlina. & est officina figuli. i. illius q̄ facit uaſa ſictilia. Plinius li. vii. figlinas inq̄t prim⁹ inuenit chorœbus atheniensis. idem li. xxxv. in crudis ſictilibus urunt donec figlinū pco quaſ. i. opus figuli in figlina factū. luris cōſultus de auro & arg. leg. l. fundi. cū in fundo inq̄t figlinas haberet. & in titulo de ſeruitutib⁹ ruficorum prædiorum ſæpe.

Fiscus ſiuſe fiscina ſiuſe fiscella textū eſt ex ſpar-  
to. Eſt præterea fiscus textū in quod oliuæ  
tritæ imittuntur: ut torculari expressæ exudēt  
oleū cum amurca. Columella li. xiii. intrita  
oliua nouo fiſco includit. Plinius lib. xv. fiſ-  
cinaſ oleariaſ ſpōgia tergedas. Vulpi. in ti-  
tulo locati. l. ſed addes. fiſcos inq̄t: quib⁹ ad  
premenda olea utimur.

Ficus ex ſparo quoq; eſt ſaccus in quo nume-  
roſiores pecuniaſ adſeruant. luue. & aerata  
mult⁹ in arca fiſcus. Ciceron in uerrē. fiſcos  
cōplures cū pecunia. Sed quia p̄cipiſ pecu-  
nia uectigales ita magnaſ ſunt ut neq; lo-  
culis aut crumenis minorib⁹ capi cōſue-  
rūt deferri i ſptis fiſcis. Inde fiſcus p pecu-  
nia publica plætiq; accipit. luue. qdqd con-  
ſpicuū pulchrūq; ex æquorē toto ē: res fiſci  
eſt ubiq; natat. Vnde apud iuris cōſultos  
titulus eſt de iure fiſci. & de fiſcalib⁹ debito  
rib⁹ & exactorib⁹ ſæpe legimus.

Flauius cognominat⁹ eſt Iuſtinianus ioperator  
nō quod flauios deuicit: ut Accursi ſter-  
rat: neq; quod capillos habuerit flauos: qd-  
nuſquam legit: ſed quod fuerit ex gente fla-  
uia: ex qua fuerit Vespasianus Titus & do-  
mitianus. De quo Iuuenalis. Dū iam ſemina-  
nimē laceraret flauius orbem ultimus.

Fomenta ſunt medicamēta dicta aſouēdo hoc  
eſt calefaciendo & recreando. Ouidi⁹. fome-  
tiſq; iuuias uulnera nfa tuis. Inde eſt fomen-  
tare & fomentatio. ut apud cōſultos iuris de  
legatis tertio. l. ſi cui. nec ea quidem quæ fo-  
mentationis cauſa parata ſunt.

Forma ſutoris eſt lignū illud quo calcei infor-  
manſ. Horatius. ii. ſer. ſi ſcalpra & formas  
nō ſutor nautica uela. Vulpiānus in titulo  
ad legem aquilā. l. ſed & ſi. ſi forma inquit  
calcei ceruicē percuffit. Itē Vulpiānus. ti. lo-  
cati. l. item quærif. ſi forma calcei tam uehe-  
menter ceruicem percufferit.

Fugitiuus ſeruus quo diſter ab errore dixim⁹  
in uerbo erro. onis. Diffiniſ aūt ab offilio i  
titulo de ædilicio edicto in hūc modū. fugi-  
tiuus eſt: q; extra domini domū fugae. cauſa  
quo ſeadomino celaret māſit. fugitiuarius

aūt eſt ad quem fugitiuus ſe receptat: locus  
quoq; fugitiuarius dī: ut apud V arronē li.  
iii. de re rustica. de cochleis. fugitiuarius in  
quit parandus eſt illis locus. Papinian⁹ lib.  
xxi. De præscriptis uerbis. l. ſi apud. ſi apud  
te inq̄t cgo & fugitiuarius depoſuimus.

Fulcimentū eſt ſubſtēaculū dictum a fulcien-  
do hoc eſt ſubſtentādo ſiuſe ſuſtinentendo. Ma-  
crobi⁹. vii. satur. desertū iā fulcimentis ſuſt-  
labiſ in ruinā. Apuleius in pri. de aſino. pe-  
de altero fulcimetū quo ſuſtinebar repello.  
Vulpiānus. de fūdo iſtructo. l. quæſitum.  
proinde inquit fulcimenta ſi qua habeat.

Fultura quoq; idē eſt quod fulcimentū dictū  
utrūq; fulciendo. i. ſuſtinentendo. Vnde ho-  
ratiſ p translationē dixit in. ii. ſermonū in  
gens accedat ſtomacho fultura rueti. & Pli-  
nius coecilius in epiftolis. corporis fulturis  
animus ſuſtinet. Vulpi. in. ti. Si ſeruitus uē  
dicit. l. ſicuti aūt. ſicuti inquit refectione pa-  
rietis ad uicinum p̄tinet: ita & fultura ædi-  
ficiorum uicini.

Fullo. onis. eſt q uestes polit emaculatq; non  
quod uulgo pſuasum eſt pānariuſ. i. lanicili  
artifex. Martialis nō tā ſepe teret lītea ful-  
lo tibi. Fullonīcā Nicias megarēſiſq; p̄tīm⁹  
oīum iuenit ut ſcribit Plini⁹ li. viii. Plant⁹ i  
aſinaria nō didicisti fullonīcā: nō mirandū  
eſt. Vulpi. li. xlvi. de furtis. l. itaq; fullo. ful-  
lo inq̄t uel ſarcinator q polienda uel ſarcī-  
da uestimenta accipit. In alia quoq; lege cui⁹  
initiū eſt. ſed ſi. diuerſoria uel fullonīca ap-  
pellantur.

Fundus eſt qdqd in ſolo poſſideſ puta p̄dī ſi  
urbanū. p̄dī ſi rusticū. Seruius i illud Ver-  
gilii. ii. geor. diues opū uariarū ac latis otia  
fundis: fundus inq̄t dicit ex eo quod oīum  
rerū ſit fundamētu. Vulpiānus. ti. de uerbo  
rū ſig. l. locus. locus inq̄t eſt nō fundus ſed  
portio fundi. fundus autē aliqd integrū eſt.  
& infra. l. quæſt o. & iterum. l. fundi.

Fundus p uafis potorii fundamēto ad cui⁹ ſimi-  
litudinē inq̄t festus fundus dī ager q plan⁹  
ſit. Martialis li. viii. hi duo longæuo cenſen-  
tur nestore fundi. Paulus lib. xli. de acgren-  
do rerū do. l. ſed ſi. cuuifmodi poculi fund⁹  
illeſit. Cypho inquit fundus aut anſa.

### De incipientibus a.g. littera.

**G** Arum ſalsugo erat ex certis q busdam  
piscib⁹: puta ſcōbro halece lacerto &  
huiuſmodi. utebanſ autem eo p ſalſa-  
mento ſiuſe cōditura aliorum ciborū.

Gari meminerūt poetæ multis i locis. Plinius.  
Apicius. Galenus cæteri. Vulp. li. xxviii. de  
penū legata. l. q penū. garū igt amurca mel.  
Accurſius ſalſamenti gen⁹ eſſe dicit ipsa ue  
ritate coactus: ſed quod ſit non dicit.

Genitus eſt deus uniuersiſq; hois præſes cui  
nos angeli boni nomen indidimus. Symma  
chus in oratōe contra christianam religionē  
cui respōdit diuus Ambroſius. Ut anima ī  
quit naſcentib; ita populis fatales genii di  
uiduntur. De genio p̄cipiſ Persius poeta.  
Diis igitur genioq; ducis centū paria obres  
egregie geſtas induco. Vulpi. li. xii. de iure  
iurando. l. ſi duo. Si quis ingt iurauerit in re  
pecunia per genium p̄cipiſ.

Germanicus drufi neronis fili⁹ ex iuniore An  
tonia. M. antonii triuiri filia a Tiberio  
cæſare patruo adoptatus fuit: quod ab augu  
ſto nō alia ratiōe fuerit adoptatus q̄ ſi ab eo  
germanicus adoptareſ. ex tranglo. & Iuſt  
ianus iperator libro institutioniſ pri. Sic ī  
quit diuus Auguſtus non ante tiberiū ado  
ptauit: q̄ is germanicū adoptauerit: ut p̄tin⁹  
adoptione facta incipiat germanicus Augu  
ſti nepos ec. Accurſi tanquā de ploniſ igno  
tiſ & obſcuriſ loquēs quendam noſe tiberi  
um & quendam nomine germanicum appelle  
rat. quaſi nō ſit tiberius qui ſuccellit Augu  
ſto in principatu: & germanicus ille q̄ præter  
ingenii monumenta q̄ adhuc extant: & præ  
ter q̄ quod Caiū caligulam genuit: & quod  
quaſeturam p̄ quinqueniū adminiſtrauit. &  
quod bis cōſul fuit. quiq; mortuo Auguſto  
cū ab exercitu cæſar ſalutareſ. impiū recuſa  
uit. atq; de germania triſphauit: unde illi co  
gnomentū. quiq; ad orientē profectus arme  
nia regem ſupauit. cappadociā in puincie  
formam rededit: atq; antiochiā obiit agens  
aetatis annū quartum & trigesimum!

Gymnaſiū locus eſt. ubi nudi exercentur maxi  
me in paleſtra: quoniam gymnos nudus in  
terp̄taſ. Manilius lib. iii. gymnaſiū p̄fert  
uultu forteſq; paleſtras. & p̄ traſlationē p  
ſchola & litteratū exercitio. luuenaliſ. Trā  
ſigymnaſia. audi facinus maioris abolla. de  
excutionibus. l. ſed &c. medicos inq; im  
muſes eſſe agymnaſiis.

Glans cōplura ſignificat: ſed oēs ſignificatus  
deducunt ab arboris glāde: cuius tredecim  
genera ponit Plinius. Iuris cōſultus tamē la  
tus diſſinſt glandis appellationē in titulo q  
eſt de glande legēda. l. pri. glādis inq; noſe  
omnes fructus cōtinent. Item de uerborum  
ſig. l. qui uenenum. Item. l. ſilua.

Glarea terra eſt lapilliſ pmixta: qualis eſt quæ  
poſt effoſum terræ tergū ex ſcrobib; erui  
tur. Vergi. ii. geor. nā ieſuna qdem cliuoiſ  
glarea ruris. Columella lib. ii. cū parte dimi  
dia lapides minitos uel glareā reppererint.  
Patilus li. xxx. de aqua pluuiā arcēda. l. ſupra  
ſter glareā iniecta. Itē de uia publica. l. pri. in  
uiā terrenam glaream immittere.

Glaucinum unguenti genus eſt ſiue ex herba  
glaucio ſic dictū: quod ualet ad oculorū ſca  
bricias. ſiue glaucinum. i. uiride quale ē qd  
chirurgi tēpeſtatis nfi unguentū apostolo  
rū uocat. Pōponi⁹ in ti. de auro & arg. leg.  
l. in argēto. Vnq; uictis aut legatis non tātū  
ea legata uident quib; ungimur uoluptatis  
cauſa: ſed & ualitudiſ qualia ſūt comagenas  
glaucina. crina. rhodina. murrha. nardum  
purum. comageni unguenti a comagena ſy  
ria unde aduehebaſ cognominati meminit  
Galenus in. iii. decamerido. Crina unguēta  
ſunt quæ ſiuit ex lilio rubenti. Plinius lib.  
xxi. ubi de liliis generibus eſt inq; rubens li  
lium quod græci crinon appellant. Rhodi  
na dicta a rhodo quod eſt roſa. p nardū p  
rum pifticum. i. nō adulteratum intelligit.

Grammatophylaciuſ locus ē ubi publice littes  
rarū monumēta ſcrūant: a grāmatiſ hoc eſt  
litteris & phylazo ſeruo. dī etiā archiō ſiue  
archiuſ. Vulpi. li. xlviii. dig. ti. de poenis. l.  
moris. quo loco igt in publico iſtrumēta de  
ponunt. archiuo forte uel grāmatophylacio

Grassari ductum uideſ uerbū ab impētu gra  
diendi. & qui ex inſidiis uiatores adoriunt  
grassatores dicimus. Iuris cōſultus deſuſpe  
ctis tutorib. l. quia grassandi inq; i refamili  
ari facultatē præſtat. & ibidē. l. tutor. ſi for  
te inq; grassatus ſit in tutela. in lege quoq;  
cui⁹ initiuſ eſt. apud labeonē. deinde inquit  
mulæ agrafatorib; fuerint ablatæ.

Gutturoſus is dicitur qui guttur habet tumidū:  
quale genus hominū in locis montanis  
uideamus de qbus luuenaliſ. q̄ ſumidū gut  
tur mirat in alpib; Vulpia. ti. de ædilicio  
edicto. l. qui clauum. Si q̄ ſumidū gut  
turosut ſit.

De incipientibus ab. h. littera.

Hamus cum ſit quo pifces capiunt: &  
hami prætereſ ſint ex q bō lorica texiſ:  
neceſſe eſt apud Vulpi. in ti. de fundo  
inſtructo. l. instrumenta: p hamos ſtel  
ligamos anulos quosdā ferreos: ad multos  
uifus domēticos puta e qbus equi muli & a  
ſini deligent. Canales inq; & harpagōes &  
hamos inſtrumento conſineri conſtat.

Harpagones unci sunt ad rapiendum apti ab harpazo quod est rapio dicti. hos Plinius scribit ab Anacharsi scytha primū iuētos. Lib. xxx. Afferes ferreo unco præfixi harpagones uocat milites. Itē Vege. li. ii. de remilitari. habet legio ferreos harpagōes : quos lupos uocant. lege hamus supra.

Hercisco. is. est diuidere. nā herciū est diuisio. Cicero prius de oratore. q̄ quib⁹ uerbis herciū fieri oporteat nescit. idē herciscūdæ familiæ causamagerenō possit. Apulei. li. ix. de asino. neq; herciscundæ familiæ sed de cōmuni diuidūdo formula tractabo. libro decimo dig. titul⁹ est de familia herciscūda. Hermaphrodit⁹ ueneris & mercurii fili⁹ fuit: unde & nomē illi: qm̄ hermes est mercuri⁹: & aphrodite uenus. hic cū in salmacidis fo te nataret anymp̄ha dph̄hesus ab eadem q̄ implicitus utriusq; naturā reportauit: qua de re fabula est plōga apud Ouidium. iiiiii. meta. nunc autē hermaphroditi uocant: quos antīgores androgynos. i. sēmiuiros & sēmīfeminas appellabāt. Plinius li. vii. & Gelius lib. viii. sunt autores. Vulpianus. ti. de libe ris & posthu. l. sed est. hermaphrodit⁹ iqt. & maxime si in eo uirilia præualebunt.

Hydromelia græcis dī quæ sit apud latinos aqua mulsa: hispani uocat aloxa. cōstat nā ex aqua & melle: unde & nomē. nā hydor ē aqua & meli mel. Plinius li. xiiii. fit uinū inquit ex aqua & melle tātū. hoc uocat hydro meli. Idē lib. xxxi. hydromeli quoq; ex ibri puro cū melletēpabit. Vulpī. li. xxxiiii. dig. in ti. de tritico & uino legato. l. si quis. neq; ceruisia iqt cōtinebitur. neq; hydromeli. Hierophylax. acis. interpretatur facrorū custos. quod hieros est sacer & phylazo custodio. latine tū æditui tū æditimi appellant. Scætula in. ti. de annuis legatis. l. annua. sacerdoti iqt & hierophylaci & libertis. p quo mendose legitur gerophylaco.

Hierapolis nomē est cōpluriū ciuitatū. alia nā q̄ est in asia pprie dicta. alia in creta. alia in teuthrania. alia in syria: unde hieropolitanū sūt appellati de qbus iurisconsult⁹ in. ti. de aqua cotidiana. l. pri. ubi legif ap̄ hieropolitanos fieri aq; calidis irrigatōem. Itē de pœnis. l. crīmē. hieropolitanis iqt scripserunt. Hypocaustū fornax est in balneo subdita caldariis calefaciēdis: dictū ab hypo qd̄ est sub & cauo calefacio. Est præterea hypocaustū fornax ad calefaciēdū cubiculū siue cōnaculū ulgus appellat estufas. Papinius in pri. siluarū. tenuē uoluūt hypocausta uaporē Pli-

nūs cæcili⁹ in epistolis. cohæret hypocau stum. & si dies nubilus imissō uapore solis uicē supplet. Ambrosius li. vi. hexahemerō. de hyeme forstā q̄reris: quia nulla tibi hypocausta anhelantib⁹ ignib⁹ uaporant. Vul pianus de legatis lib. iii. l. ligni appellatōe. siue dietarū. siue hypocaustor̄. siue ad calcē. Idem Vulpī. li. xvii. in ti. mandati. l. figs mi hi. sphæriteriū iqt hypocausta & quædā ualitudini apta. Accur. nunc ægrotorum dicit esse stationem. nūc subterraneū locum. Hypotheca interptatur suppositio: & signifi cat etiam pign⁹ quod p̄ aliqua re supponit. Vnde & apud iurisconsultos titul⁹ est de distractōe pignorū uel hypothecarū. l. cū tabernā. nō certificatōm iqt sed suppositōm ameaccipe: hoc est uocabulo usitatori hypothecā. Itē li. xx. de pignori. & hypothecā. l. res. iter pign⁹ iqt & hypothecā tātū nois so nō differt. Hic hypothecar⁹ dict⁹: pcnes quē remanet hypotheca siue pign⁹. ut i ti. de se patōibus. l. pri. hypothecarius iqt creditor Horreum est repositorū non solū frugis frumenti & uini: sed cæterarū quoq; rerū quæ adseruari cōsuerūt. de horreo frumenti. Verg. pri. geor. illius imēsā ruperū horrea messes. De horreo uinū horatius i odis. & iu ris cōsultus in ti. de fūdo i stru. l. tabernā. le gauerat iqt horreū uinariū cū uino & uasis & instrumēto. De horreo aliarū rerū i titulo de emptōe & uēditōe: clauib⁹ iqt traditis: ita merciū in horreis cōditarū posses sio tradita uideſ: si claves apud horrea tradi tæ sunt. Itē in ti. locati dñs iqt horreorum effractis & cōpilatis horreis nō tenet. Hic horrearius: q̄ præpositus ē horrei custodiae. ut lib. xix. dig. in ti. locati & cōducti. l. cum in plures. rerū iqt custodiā quam horrearius habet. Itē. l. carlius. cū horreario iqt a gendū. & merces horreaticæ dicunt quæ i horreis adseruant. ut in titulo de cōditis in publicis horreis. l. nulli. Codice. nulli iqt posthac horreaticas sp̄s cōtigēdi copia dat

De incipientibus ab. i. littera.

**T**Anthinus. a. um. color est uiolaceus quoniā ion græce uiola interpretat latine. Plinius lib. xxii. appellata iquait ia. & ab iis ianthina ueltis. Persius. hic aliq; cui circa humeros & ianthina lena est. Martialis. coccina famosæ donas & ianthina moechæ. Vulpianus. de legatis tertio. l. si cui. Buccinum iqt & ianthinū cōtineat. & fere quotiens in libris digestorū & i līs sacrī legif hyacithinus color: intelligēdus

est violaceus, i. coloris violae.

Ilienses dicti sunt populi ab urbe illo clarissima omniū quæ fuerūt in asia: uel ex eo quod in de profecta est tota romanorum nobilitas. de qb. Callistratus li. xvii. dig. ti. de excusa tionibus l. nō tātū. iliensibus inq̄t ppter in clyta ciuitatis nobilitatē: & propter coniunctionem originis romanae.

Impostores dicunt deceptores & q fallūt p̄stigis qbusdā: dicti ab iponendo qđ est de cipe. Iuuenal facile est barbato iponere regi. & Martialis. Callidus iposuit nup mihi copo rauenat. Vul. li. xxi. de ædilicio edicto l. ob quæ uitia. nō gulosos inq̄t nec ipostores Accur sius ipostores interptat: q ponunt ali quid alicui. Inde dicta ipostura p̄ deceptōc. Ambrosius in epistolā ad corithios prīmam oīs ipostura tenebras petit: & falsa p̄ ueris ostendit. Vulpī. li. xlvi. de criminie stellionatus. l. stellionatus. Itē siqs iposturā fecerit.

Inauris quod a græcis dī enotio: ornamentiū ē ex aurib⁹ fœminari⁹ depēdens. Plautus i menechis faures da mihi faciēdas pōdo duū nummū. Vulpī. de auro & argō. legato. l. ar gumēto. ueluti faures. armillæ. uiriolæ. itē l. pedicul'. infaures in qbus duæ margaritæ.

Inciles fossæ siue incilia sūt quæ agræcis dictūt dioryges: & sūt p̄ quas aquæ pluuiiales deducunt exsatis. Apuleius li. ix. de asino. ui am lacunosis incilibus uoraginosā. Cato de rerusti. p̄ hyemē aquā de agro depellere oportet. fossas inciles puras habere. fest⁹ pō peius. fossæ quæ in uiliis sūt ad deducēdū a quā siue deriuatōes deriuo communi factæ inciles dicunt. Vulpī. li. xl. dig. ti. de riuis. l. pri. incile est locus depresso ad latus flu minis: ex eo dictus quod incidatur. incidatur enim ucl lapis uel terra unde primum a qua ex flumine agi possit. Idem Vulpianus in eodem libro. ti. nequid in flumine publi co. l. pri. si incile inquit ducat & alio loco si at. Meminit quoq; incilis in. ti. de aquā cotidiana. l. pri.

Incrustare est crustā parieti uel alicui alteri rei inducere siue ex calce. gypso. argilla. siue ex lapide aut alia materia. Horati⁹ pri. ser. syn cerū cupim⁹ uas icrustare. Varro apud Marcellū pauimēta inq̄t & parietes incrustatis. Proculus lib. viii. dig. de seruitutib⁹ urba norū p̄z. l. qdā. parietē inq̄t cōmunē incrustare licet. & paulopost: quod obseruari in incrustatiōe oportet. Item de uerborū signif. l. impensæ: paulus ait: incrustationes locationes & picturæ.

Indictio est denūciatio quia indicere est denū ciare. Horati⁹ in pri. ser. Vētri idico bellū. Idē in epistolis. indictis comes ire latīs. Vul pianus li. xxxviii. dig. ti. de opis libertorū. l libertus. cui post inductionē inq̄t operarū. Atq; aliubi. si idictōes tēporariæ idicte sint Induciae sunt dictæ quod i diē certū ab utrisq; hostibus danf. Plinius li. vii. inducias inq̄t lycaō p̄imus inuenit. Paulus li. xlix. dig. ti. de captiuis. l. post liminum. Induciae inq̄t sūt cū in breue & in p̄senti tēpore cōuenit: ne inuicē se laceſſeret hostes. Accursi⁹ satis inepit inter inducias & treguam differetiā facit. cū tregua nō sit magis latīnū q̄ guerra q̄ omagis. q̄ feudū. q̄ tenuta. q̄ mille alia q̄ bus isti nulla necessitate coacti utuntur.

Inducere p̄ter alios sensus quos habet plus significat etiam expūgere & cancellare hoc est trā suero calamo quod scriptū erat delere. Vulpī. in titulo de iis quæ delenf. l. cancellauerat. cācellauerat aut̄ q̄ testamen tu uel induxerat. itē si noīa omnia induxe rat ut proponit. item. quæ in testamento legi possunt: ea inconsulto deleta uel inducta nihilominus ualent. consulto nō ualent. hīc inductio pro abolitione & litura.

Inficiatio est negatio ab inficer. atis. qđ est ire inſicias siue negare. Cicero de ptitiōib⁹ rationē inq̄t habet criminis inficiacionem p̄ facti. Nerati⁹ lib. xlvi. dig. ti. iudicatū solui. l. ex iudicatū. ad inficiacionē inq̄t cōpellī cū qui sine iudicio partem dare paratus est.

Inſitor ut inquit iuris consultus libro. xiiii. digesto. in. ti. de inſitoria. actione. l. inſitor: est qui tabernæ locoue ad emendum uē dendum ue p̄pōnit. Atq; ibidē. inſitor inq̄t appellatus est ex eo quod negotio gerēdo inſtit. Iuuenalis inſitor hibernæ tegetis niueiq; cadurci. Accipit etiam p̄ eo q̄ cir cāfert p̄ urbem: merces uenales ut in eodem titulo & apud. Ouidi⁹ in pri. de arte. Inſitor ad dominam ueniet disinctus emacē.

Inſula p̄ter notam illam significationē signifi cat etiā domū in urbe ab aliis domib⁹ ſejunctam. Cornelius tacit⁹. germani ſuā q̄ſque domū ſpacio circundant: nullis cohæritib⁹ aedificiis more inſularū. Festus quoq; pompeius. inſulæ inq̄t dictæ pprie quæ nō iugūt cōmuniib⁹ parietib⁹ cū uiciniis: circuituq; publico aut priuato cīngunt: asimilitudie uī delicit earū terrarū quæ fluminib⁹ aut mari iminēt. in hoc significatu crebro repit inſula apud iuris cōſultos. Vnde inſularius dominus ſiue cōſtis huiusmodi inſulae:

Interpolare est in aliam formā mutare: & quodam modo māgonizare. Plautus in amphitryōe, illuc homō me īterpolabit: meūq; os finget denuo. Ambrosi ad Horōtianū nostrū pecatorū poenīs ultricib; īterpolari. Vulpī. xxī. dīg. tī. de edilitio edictō. l. præcī piūt. īterpolat īqt ueteratores & p nouiciis uēdūt. i. in habitū nouiciorum mutant.

Intertritura siue ītertrimētū est ut īqt Vattro de lingua latia dictū ab eo quod duo iter se trita & diminuta sūt: ut in nūmis aureis qđ ex usu & attractatione cōsumit. & in uestibus aliisq; reb; quæ usu deterunt. Liuius li. xxxiiii. in auro īqt nihil intertrimēt fuit. Id lib. xxxii. ītertrimētū argēti suppleuerunt. Scætuola li. xiii. de pignoraticia acti. l. pignori: quāero ītertriturā quæ ex opīs facta est. atq; ibidē iterū utrobīq; p detrimento. Irenarcha īterptat pacificator: siue pacis cōcī liator. nāirene īterptat pax & archos est p̄ticeps. Erāt autē irenarchæ uiri boni & prudentes quales significat Verg. in pri. æn. Ac ueluti magno in populo cū sāpe coorta est. Seditio: sāeuītq; animis īmobile uulgas. & c. Sub hoc habitu fuit domitianī cæsarīs statua equo īposita: de qua papinius ī principio siluarū. dextra uetat pugnas. talē quoq; Per sius poeta significat cū dicit. fert animū calidae fecisse silētia rixæ maiestate manū. In codice iustiniano titulus ē de irenarchis: quos Accursius īterptat irā arcentes quasi irenarcha nomē esset latinū. Martiānū lib. xlvi. in tī. de custodia & exhibitiōe reorum. l. di uis hadrianus irenarcharū sāpe meminit. Isauri populi sūt cilicia: uel potius ciliciae cōtermini: q; in mari quōdā pyraticā exerceerūt: quos. P. Seruilius p̄ fligauit qui cognomē isaurici ex ea uictoria retulit. lā uero isauri de cilices p̄ pyratis accipiunt. ut Iuie. pyratae cilicū. & iustinianus ī codice. tī. de febris. l. puiciarū. latronum inquit & maxime isaurorum.

Iſostates potest īterptari & qualitatis recognitor: nam iſos īterptatur aequalis. In codice Iustiniano. de pōderationibus & aurī illatio ne. l. quoties. quoties īqt de qualitate solidorū orta fuerit dubitatio: placet quem sermo græcus appellat iſostaten p̄ sua fide & industria: ut neq; fallat neq; fallat cōtentione dirimere. Accursius īterptat ab igos uictoria & state militia. neq; enim igos est uictoria sed nice. neq; state militia sed stratis. sed neq; uictoria & militia faciunt ad rem.

Iugum pro pari duorum animalium plārumq;

accipitur. ut apud Pliniū libro. x. de aquilis ubi aquilarum inquit nō sit iugum. Varro de lingua la. iugum īqt & iumentū a iunctu. Vergi. v. æn. nec sic undantia lora concussere iugis. Vulpī. lib. xxi. dīg. de edilicio edictō. l. aediles aiunt. sāpe iugum in hac si gnificatione ponit.

De incipientibus ab. l. littera.

**L**Abrum uas est patulum grandioris a quæ capav: qualib; in bætica mea utū tur ex argilla factis ad lauatinā & usus cognarios. Vergi. viii. æn. sicut aquæ tremulū labris & bilumen ahenis. Cicero ī epistolis. labruim si in balneo non est: facut sit. Vulpianus lib. xix. tī. de emptiōe & uēdi. l. limes. labra īqt salientes fistulæ. Ac cursius exponit labra: quia p̄ labrum imaginis aqua salit: nō minus inepte q; id quod ali ubi dīgitum interpretatus est: id est quantū fluit per dīgitum statuē.

Lacertus pīscis est q; a gracis colias dicitur: dīctus lacertus quod id similitudinē lacertos & picturas habet. Cōmendabanū autem lacer ti sexitanī ex hispaniæ urbe sexi. Martialis & sexitanī ponat cauda lacerti. Ex lacertis aut fieri solita esse salsa menta ostendit Cor Celsus dicens. pīscū qui ex media materia sunt: quibus maxie utimur: tamē grauissimi sunt: ex q; bus salsa menta quoq; fieri possūt: qualis est lacertus. sexitanū salsa mentorū meminit strabo. Vulpianus in. tī. de penule gata. l. qui penum. lacertos inquit cū muria sua contineri labeo ait. Est autē muria salsa exudans ex pīscibus salitis: qua utebant antiquiores ad ciborum condituras.

Lacunar siue laquear siue lacus est tecti elegan tior fabrica. Cicero. v. thuscu. q. fulgentem gladiū elacunari seta eqna appēsum. Horatiū in. ii. car. Nō ebur nec aureum mea renidet in domo lacunar. Vulpī. tī. de fundo īstructo. l. quæsitum. scalæ inquit: quæ lacunaribus admotient: īstrumenti sunt.

Lapis pro miliario hoc est mille passibus aliq; do accipit: quoniā antiquiores soliti erant millia quæq; passuum lapidibus signare: id quod uidemus in uia quæ dicit salmanticā ex emerita augusta argenteā uulgas appellat. Martialis. rura nemusq; sacrū dilecta q; iugera musis. Signat uicina quartus ab urbe lapis. Idem alibi. Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartū. Martianus. tī. de excusationibus. l. ppter litem. ne ultra centesimum īqt lapidem tutelam gerat.

Laser. eris. quod agræcis silphium appellatur succus est herbae quam in cyrenaica regio ē uentā laserpiciū vocant. amedicis & pharmacopolis tēpestatis nra appellat asa Plini⁹ lib. xix. laserpiciū quod græci silphion vocat in cyrenaica pūincia reptū cuius succū vocant laser. Paulus in. ti. de penu legata. l. nō omne. sed quod qdā inq̄ negauerūt pīper. ligusticū careū laser & cetera eiusmodi in penu nō esse improbatum est.

Latus clavis quēadmodum dixim⁹ in uerbo clav⁹: nodus erat ex purpura siue ex auro ue sti intertext⁹. & q̄ poterant uti huiusmodi uestib⁹: tū lati claviū tum angusti claviū diceban⁹. Erat aut uestis senatoria ut exponit A cron in illud Horatii pri. ser. quo tibi tulli sumere depositi clavum fieri tribunū. Plini⁹ lib. viii. tunica lati claviū in modū gausapi texti. Quid⁹. iii. de tristib⁹. Id uiturg⁹ humeros cū lato purpura clavo. Iuris cōsultus ī quadā lege cui⁹ initū est. Ioperator. ut ecce inquit si uxori uiro lati claviū petenti. pro lati clauio.

Lautica dicuntur: quæcumq; ad lauticiam atq; elegantiam cultus & mensæ pertinent. ti. de auro & argento lega. l. argumento. mundo inquit muliebri continetur lautica acus. reticula. & huiusmodi.

Laxamentum siue laxitas dicitur quies siue cefatio a labore. Valerius de fortitudie. ad cōfirmandos inquit animos salubre laxamen- tum daret. Cicero in primo officiorū. ad hi benda est inquit cura laxitatis. Nerati⁹ lib. l. ti. de uacatione & excu. mu. l. tempus. cum laxamento quodam itineris.

Lectica est uehículū in quo quispiam fertur ab hominibus. quod si a quatuor uehitur te traphorū dī. si a sex hexaphorum. si ab octo octaphorū. Martialis laxior hexaphoro tua sit lectica licebit. & luuenalis. denissima cē tum quadrates lectica petit. eadē & sella dī. unde idem poeta. subdit de eadem lectica. ostendēs uacuā & clausam p. conluge sellā. Paulus lib. viii. de seruitutibus ruficorū prædiorū. l. q. sella. Qui sella inq̄ aut lectica uehīc frenō agere dicit. Accursius sella. l. equo. lectica. l. curru interpretatur: quod utrūq; ex eo quod diximus falsum est.

Lectarius seruus est q̄ lecticam humero fert. Suetonius in othonē: muliebri sella in casta cōtēdit: ac deficiētibus lecticariis cū desce disset. Serui⁹ sulpici⁹ in quadā ad Ciceronē epistola. coactus inq̄ sum in eadē illa lectica lecticariisq; meis in urbe eū referre. ut i

ti. dī: legatis pri. l. si ex toto. si ita inq̄ legatū sit lectarios octo. Itē Vulpi. de legatis. iii. l. item. legato cōtinēt mancipia puta lectica rī q̄ solam matrē famillas portabant.

Liberi. orum. nō solum dīcunt filii: sed etiam nepotes pronepotes & deinceps. & quamq; non declinetur nisi in numero multitudinis de uno tantum liberos dicinus Ex. A. Gellio libro. ii. Vulpi. in. ti. de pollicitationib⁹. l. inter liberos: nepotem quoq; contineri diuus pius rescripsit. Itē Callistratus ti. de uerborū sig. l. liberorum appellatione. &c.

Libertinus aliberto non eo differt: quod uul- gus putat: & cum dixi uulgaris non excludo Accursium qui & ipse unus est ex imperita multitudine. Nā cum idem sit libertus quod libertinus: sola ratione differunt. quoniam libertus nomen est ad aliquid semperq; re- fertur ad eum cuius est libertus hoc est ad patronū. ut libertus cæsaris. libert⁹ Cicero. & de operis libertorū: subaudi quas debent suis patrōis Libert⁹. libertin⁹ uero nomē est absoluū tātūq; dicit cōdicionē: hoc ē tertius illud gen⁹ hoīm: g nec sunt serui neq; liberi. Hinc est quod iustinian⁹ in pri. li. institutio nū titulū fecit de igneis & libertinis: quia sbinō agitū nisi de condicione nullo habito respectu ad patronos. Hanc differētiam pri- mus omniū animaduerit adnotauitque lau- rentius Valla uir harum rerum diligens in dagator atq; acerrimus inuentor.

Libitinarius dicitur funeris curator: quem su- pra diximus designatorē appellari. nā pollī- tor est qui cadauer effert: cōburitq; aut se pelit. dicti sūt aut libitinarii a libitina. l. fu- nere dicta libitina auenere libitina quæ ro- ma habuit tēplū iuxta quod uēdeban⁹ qb⁹ erat opus ad funus. puta unguēta. lychni. pa- pyri. cerei. funeralia. Sed cur ea iuxta ueneris tēplū quæ iocorū uoluptatīq; dea est uēde- ban⁹. Plutarchus in. pblematis causam nar- rat: ut uidelicet cū hoīes libidinib⁹ dāt ope- ram: meminerint se aliquando morituros. Vulpi. li. xliii. ti. de institutoria actiōe. l. qcūq; si libitinarius inq̄ seruū pollinatorē habue- rit: isq; mortuū lepelierit. Accursius desipit nescio quæ somnia referens:

Librarius est qui libros scribit. nā scriptor nō tam dicitur q̄ libros scribit q̄ librorum cō- positor. Martialis de libris suis. non me⁹ est error nocuit librari⁹ illis. Cicero. iii. de ora- tore. neq; librariorū notis: sed uerborum & sententiatum modo. Callistratus. ti. de iu- re immunitatis. l. quibusdam & saepe alias.

Licitor. aris. est in auctione premium pro re ue  
nali offerre. Plinius libro. vii. Aristidis pī  
ctoris unam tabulam centum talētis rex at  
talus licitatus est. Inde licitator qui eiusmo  
di premium offert. Cicero in epistola ad ma  
trium. quoniam premium tuum noui: in lici  
tatem potius ponam q̄ illud minoris uene  
at. Licitatio quoq; ut Paulus lib. xxxix. dig.  
ti. de publicanis & uecti. l. licitatio. licitatio  
inquit uectigalium: quæ calore licitantis .  
&c. & paulopost. licitatores inquit uectiga  
lium.

Lictores dicuntur qui ante prætores aut con  
sules ferebant insignia magistratum: hoc  
est uirgarum fasces & secures. dicti aligan  
do ut scribit Gellius libro. xi. quod uideli  
cet iussu consulū aut prætorum uiciebat  
sontes: aut quemadmodum festus ait: quod  
uirgarum fasces ligatos præferebant: quib⁹  
imperante magistratu delinquentibus pla  
gas ingerebāt. de manumissis uindicta. l. ma  
numissio. manumissio inquit per lictores.

Ligna. orum. in numero multitudinis proprie  
dicuntur: que comburendi causa compara  
ta sunt. ut apud Martiale. ad uillam mo  
neō rustice ligna feras. & apud Horatium.  
In siluā ne ligna feras. In singulari quoq; in  
eadem significatione reperitur. Vulpianus  
in titulo de legatis. iii. l. ligni appellatione.  
Materia inquit est illa quæ ad ædificandū  
fulciendūq; ædificium est necessaria: Lignū  
uero quidquid comburendi causa compara  
tum est.

Ligusticum herba est in montibus lyguriæ na  
icens aiunioribus medicis leuisticum appellatū.  
Est autem lyguria regio italie inter  
uarum & macrā amnes ad apoenini dextrā.  
in qua est genua. De lygusto Plinius. Co  
lumela. Apicius. atq; proinde omnes medici  
meminerunt: leuisticum corrupto uocabu  
lo appellant. Paulus libro. xxxiii. in. ti. de pe  
nu legata. l. non omne. piper inquit. lygusti  
cum. careum & laser.

Liminarcha potest interpretari liminis hoc ē  
limitis præfestus. & est ille qui gerit curam  
tuendorum prouinciae limitum: præficitur  
q; militib. limitaneis. Arcadius. libro. l. ti.  
de muneribus. l. munerum ciuilium. &c.

Limitanei milites dicuntur: qui sub liminarcha  
prouinciae terminos tuentur. Capitolinus.  
reparato inquit de limitaneis daciae exerci  
tu. Iustinianus quoq; de officio prætoris a  
phricæ. l. quas deo. pro limitaneis inquit or  
dinandis: quia necessarium nobis esse uide

tur: ut extra comitatenses limites limitanei  
constituantur: qui possint & castra & ciuita  
tes & limites defendere. Et paulopost. si cō  
motio aliqua fuerit: possint limitanei sine co  
mitatensibus militibus. &c.

Linea margaritarum: est series margaritarum  
pertusarum: quæ sint filo insertæ. Scœula  
libro. xxxv. al legem falcidiam. l. lineam. li  
neam inquit margaritarum. Item Vulpian⁹  
lib. xlvi. ti. de furtis. l. si quis uxori. si linea  
margaritarum surrepta sit.

Lytos interpretatur solutus a lyo quod est sol  
uo. Iustinianus in prooemio digestorū quia  
solitum erat quarti anni studiosos græco &  
consueto quodam uocabulo lytas appella  
ri. hoc est solutos pro quo mendose legitur  
hircos. ex pandectis florentiniis adnotante  
politiano. nam pro eo quod in recentiorib⁹  
libris habetur hircos & coloritas legi opos  
tet lytas & prolytas. quid autem sint lege p  
lytæ.

Logista dicitur is qui reddendis rationib⁹ præ  
est. nam logos inter cæteras significations i  
nterpretatur computatio: & logistica est ipsa  
ars computatoria: quam uulgs algorismū  
uocat. Iustinianus in. ti. de modo mulctarū.  
l. curator. curator inquit reip. qui græco uo  
cabulo logista nuncupatur mulctadi ius nō  
habet.

Logographus potest interpretari rationū scri  
pтор. quo uocabulo utitur Iustinianus libro  
decimo. in. ti. de tabulariis. scribis & logo  
graphis.

Loricatio est tectorum parieti in modum lor  
cae super inductum: idem fere quod incrus  
tatio. Vitruvius libro. vi. duplēm inquit  
præbeat contignationi lorationem. Plini  
us libro. viii. de ichneumone cum aspide pu  
gnaturo. mergit inquit felimo sæpius siccat  
q; sole. mox ubi plurib⁹ eodem modo se co  
riis loricavit: in dimicationem pergit. Pau  
lus de uerborum sig. l. impensæ incrustatio  
nes inq. lorationes & picturæ.

Ludicus. a. um. non ludicre. is. quod Priscia  
nus putauit: dicitur quod ad ludum ptinet.  
Vergilius. xii. æn. neq; enim leuia aut ludic  
ra petuntur. Horati⁹. ii. episto. Valeat res  
ludicra si me palma negata macrum. de ac  
cusationibus. l. qui iudicio. qui artem inq  
ludicram fecerit. hoc est scenicam siue thea  
tralem: aut circensem: ubi ludi fiunt.

Lugdunensis colonia: quæ lugdunum cogno  
minatur ciuitas est nobilissima heduorum i  
gallia lugdunensi ab ipsa cognominata. Me

minit illius iuris consultus libro. l. dig. in.  
ti. de censibus.

Ludus litterarius pro schola accipitur ubi litterae docentur. Magister quoque ludi is dicit qui litteras docet. Martialis quid tibi nobis scum est ludi scelerate magister? & per traslationem. Teren. in ecyra. In eodem mihi omnes uidentur ludo doctae ad maliciam: & ei ludo si ullus est ludus: magistrum hanc esse satis certo scio. Vulpianus lib. xli. ti. de uariis & extra. cog. l. pri. ludi litterariorum mg. si.

Luscus is dicitur: qui altero oculo caret: quod græce monophthalmus appellatur: hoc est uno culus. Hieronymus de uiris illustribus Aca cius inquit quem ga luscus erat monophtalmum appellant. Martialis thaida quintus a mat. quam thaida! thaida luscum. unu oculum thais non habet. ille duos. Modestinus in. ti. de uerborum significa. l. inter stuprū. uitium inquit est perpetuum impedimentum: ueluti si luscus sit. Inde fit uerbum elu scare de quo in suo loco diximus. neque est: ut Accursius & si qui sunt alii qui id dicant: quod lumine adhibito nihil uidet: sed ut diximus qui est orbatus altero oculo.

Lustramentum. i. est purgatio facta per ueneficium aut sacrificium. aut incantationem: dictum ab eo quod est lustro. as. Verg. vi. æn. lustravitque uiros: dixitque nouissima uerba. Ouidius. x. meta. magico lustrabere ritu. Marcellus libro. xlvi. ad legem corneliam de ueneficis & siccariis. l. eiusdem. si quis inquit lustramenti causa dederit cantharidas.

### De incipientibus ab. m. littera.

**M**agister nomen dignitatis est & magistratus siue magisterium ipsa magistri dignitas. unde magister equitum qui a dictatore præficeretur equitibus. & magister populi. qui pecunia diuidundae per populum præpositus est. & magister militum qui militibus præstet. & magister scribentium. i. qui libros principis ad seruat. & magister pecoris qui pastoribus reliquis præfetus est.

Malleatus dicitur liber qui iam est ligatus: pumicatusque. Sed quia libri malleabant ante aqua consuerentur: id quod uideamus nostro tempore fieri: malleati dicebantur pro absolu tio hoc est id quod præcedit: pro eo quod sequitur. Vulpianus. ti. de legatis. iii. l. librorum. libri inquit nondum malleati & perornati continebuntur.

Malobathrum arbor est odorata ex syria: quæ nomine speciali folium appellatur: unde sunt unguenta quæ dicuntur foliata. Horatius in. ii. car. nitentes malobathro syrio capillos. Plinius libro. xii. dat & malobathro syriæ arborem. de folio malobathri meminerunt saepe Galenus & Apicius. Martianus libro. xxxix. ti. de publicanis. l. interdū. Malobathrum & aroma indicū. nō malabatru. Mandragora herba est nota: cuius duo sunt genera alterum nigrum quæ foemina existimatur. alterum candidum qui est masculus. Habet uim soporiferam: atque prouocandi somni gratia dari consuevit: quia frigida est ac prope uenenum. Columella. in horto. quāuis semihomiuis uelano gramine foeta mandragoræ pariat flores mæstamque cicutam. Marcellus libro. xlvi. dig. Ad legem corneliam de ueneficis. l. eiusdem. mandragorā in ter uenena ponit. Ex quo fit: ut mirandum sit quid per mandragoram interpres sacrum litterarum intellexerit in genesi. cap. xxx. & cant. vii.

Mango. onis. est non modo seruorum uenditor: sed aliarum etiam rerum quæ ut carius uendant solent a uenditoribus adornari. Unde est mangonizare agros. & equos. pro eo quod est colere. & Plinius libro. xxxvii. portiores gemmarum mangones appellat. Martialis milia pro puero centum me mangone poscit. Seneca. in epistolis mangones quodquid est quod displiceat: aliquo lenocinio abscondunt. Aphricanus de uerborum sig. l. mercis appellatio quo distet a uenalicio modus.

Mappa mensæ stragulum est: quemadmodum & mantile siue toral. Erantque duo genera: alterum rasum alterum uillosum: hoc est in tantis similitudinem contextū: quod & gau sape dicitur. Martialis in disticho cuius index est mappa uillosa. Nobilis uillosa: te gant tibi linteum citrum. de mantili quoque uilloso Vergilius in pri. æn. dixit. tonsisque ferunt mantilia uilli: quod Seruius prominutis exponit. Ouidius quoque in. iii. fastorū. Duxerat ad dextram uillis mantile solutis. florentinus libro. xxxiii. de supellectili legata. l. supellectili. toralia inquit & mappa uillosa. pro quo mendose legitur & oralia in panaliosa nihil uerba.

Materia proprie dicitur circa quam uersat faber tignarius siue lignarius. in communio ritamen significatu dicitur de subiecta cuiusque artis materia. Paulus libro. xviii. ti. de

periculo & commo. I. quod si. neq; Materia  
empta si furto perisset.

Mediastinus quemadmodum Priscian<sup>9</sup> in qui-  
to carmine scribit a medio uidetur compo-  
ni: quia medias partes balnei tenet, hoc est  
qui in medio lauantum stat. Horatius in pri-  
mo episo. tu mediastinus tacita rure prece-  
petebas. Acron in media urbe uiuens inter-  
pretatur. Porphyriō. in media urbe siue bal-  
neo exponit. Vulpianus libro. xlviij. ti. de in-  
iuriis. l. item apud. Multū interest qualis ser-  
uus sit: bonae frugian mediastinus.

Mereo. es. merui. est militare siue stipendiū i  
militia facere. Lucanus in. vi. castrorum in  
plebe merebat. Iuuinalis. castrorumq; æra  
merēte. Suetoni<sup>9</sup> in Iulio. meruit & sub Ser-  
uilio isaurico. libro. xliv. dig. ti. de re mili-  
tari pro eo quod in libris antiq; legitur me-  
rete in recentioribus scriptum est militare.  
Metalla dicuntur uenæ: unde eruitur argen-  
tum. æs. & cætera quæ vulgus indoctū ap-  
pellat metalla. dicta sunt autem metalla a me-  
tallo quod est scrutor siue inquiror. aut di-  
cuntur metalla q; alia uena post aliam inue-  
niatur: quod uidetur Plinius libro. xxxviii.  
significare: ubi scribit quod ubicumq; una  
uena est inuenta: non procul alia inueniat.  
Hinc metallarii & metallici dicuntur. qui  
sunt dannati ad metalla: hoc est effodiendā  
terram ex metallis. Aliquando simpliciter  
accipiuntur pro effosioribus metallorut.  
ut in libris dig. ti. de penis. & libro. xi. Co-  
dicis. ti. de metallariis.

Metator. siue metatus siue mensor dicitur: qui  
iussu atq; autoritate principis milites in do-  
mibus incolatum collocat: siue i castris qua  
parte debeat quisq; tentoria figere ostēdit.  
Vnde dictum est castra metari. Lucanus in  
pri. hesperios ueniam metator in agros. In  
codice iustiniano. ti. de metatis. l. pri. Si qs  
inquit mensorum nostrorum manu qua de-  
putatur singulis quibusq; domus & postib;  
hospitatui nomen ascribit: delere nō du-  
bitauerint: ad instar falsi criminis constitutu-  
titeneantur.

Metaxa est congeties illa pensorum ex lino aut  
lana quam hispani paucis litteris immuta-  
tis uocant madexa. Ut in libro. xi. codicis  
Iustiniani. ti. de murilegulis. l. lotas. i postea-  
rum serica & metaxæ. Vitruius libro. vi.  
de paludibus iuquit tenues colligantur me-  
taxæ.

Metrocomia interpretatur uilla matrix. dicta a  
meter quod est mater: non quod Accursius

halucinatur a metos quod est mensura & co-  
me uilla. accipiendo uillam: ut nunc vulg<sup>9</sup>  
loquitur. Iustinius libro. xi. codicis. in. tl.  
non licere habitoriib<sup>9</sup> metrocomiae loca sua  
ad extraneam conferre.

Metropolis interpretatur ciuitas matrix: neque  
dicitur ametros quod est mensura ut impe-  
riti existimant: sed quod de metrocomia di-  
ximus a meter quod est mater. unde alia cō  
plura deriuantur: quæ in suo genere signifi-  
cant præcipuum & excellens. ut ortygome-  
tra. tertigometra. echinometra accentu i pe-  
nultima produce coturnicum. cicadarum &  
echinorum. Modestinus libro. xxvii. dig. de  
excusationibus. l. si duas. decet autem ma-  
ximo numero uti metropoles gentium.

Miliarium uas erat ad coquendum milium ac  
commodatū: quemadmodum pultarium ad  
coquendum pultem. Cato de re rustica. in-  
ter orbem & miliarium unum digitum in-  
teresse oportet. Palladius libro. v. dere rusti-  
ca. Vas inquit æneum miliario simile. Pom-  
ponius libro. xx xiii. ti. de auro & argento  
leg. I. et si certe si cacabos argenteos habe-  
at: uel militarium. pro quo. t. littera expun-  
& a lege tu miliarium.

Miniculator is dicitur qui litteras maiusculas  
hoc ē initiales siue capitales ex minio libris  
ex attamēto iam scriptis adhibet. Vulpian<sup>9</sup>  
libro. xxxviii. ti. de operis libertorum. l. ut  
iuris furandi. si forte iuquit librarius uel mi-  
niculator. sic enim in libris antiquioribus le-  
gitur & magis cohæret ei quod supra dixe-  
rat librari<sup>9</sup> & ei quod sequit uel calculator.

Molior.iris. est moles ad ædificium aliquod co-  
aptare. Vergi. pri. æn. moliriq; arcem & ma-  
nibus subuoluere faxa. Vulpianus li. xxxix  
.l. prima de noui operis nunciatione. q for-  
te in publico uel in priuato quid molitur. In  
de molitio. onis pro ipso apparatu ædifican-  
di. ut infra eodem titulo. l. stipulatio. molit-  
io inquit non impeditur. demoliri uero &  
demolitio opponit ei quod est moliri & mo-  
litio. pro eo quod est diruere & dirutio. ut  
in eodem titulo saepe.

Mola manuaria. siue mantalis. siue trusatilis  
dicitur: quæ ad frumenti militaram manu  
circu agitur: quæ ut ait Vergilius in moreto  
rotat assiduis gyris & concitatorbem. Mo-  
la quoq; iumentaria & ex Euangelio mola  
asinaria est: quam iumenta uersant. Iabole-  
nus priscus lib. xxxiii. dig. de fundo instru-  
cto. l. dolia. molas inquit manuarias supelle-  
tilis: iumentarias autem instrumenti esse

offilius ait. Molas uero aquarias hoc ē aqua  
uersatiles ante iustiniani tempora fuisse nō  
dum legi. Is enim in titulo de aquæ ductu.  
I. decernimus molæ aquariae meminit: quā  
sermonis latini ignari molendinum appellant.  
Nam quod legitur asina molendaria  
in titulo de fundo instructo. I. cum de lanio  
nis. non amolendino sed amolendo deduc-  
ctum est.

Meniana ut ait festus pompeius ædificia erant  
amenio ciue romano sic appellata nō amœ-  
nibus sic dictū ut putauit somniculosus Ac-  
cursus. Is enim primus ultra columnas ex-  
tendit tigna: quo amplarentur superiora.  
Hic est ille Menius qui post bona patris ab-  
sumpta locum sibi seruauit: unde ludos spe-  
ctaret. de quo Horatius in pri. episo. Meni-  
us ut rebus maternis atq; paternis fortiter  
absumptis urbanus ccepit haberi. &c. Lo-  
cus autem ille fuit menianū quod ultra ædi-  
ficia protendebat in uiam publicam pro-  
pendens. Vitruvius libro. v. meniana inq̄t  
superioribus coaxationibus collocant. Sue-  
tonius in Caligula. cum apparatum circi p-  
spicientem: pauci ex proximis mænianis po-  
stulassent. Valerius de mortibus nō uulga-  
ribus. C. licinius macer uir prætorius cal-  
ui pater dum sententia dicerent: in menia-  
num concendit. Iabolenus de uerborum si-  
gni. I. malum nauis. qualia inquit meniana  
& subgrundaria essent. Vulpianus in. ti. ne  
quid in loco publico. I. prætor ait. cum qui-  
dam inquit uelum in meniano immissum  
haberet.

Meritorium siue meritoria taberna est stabiliū  
siue caupona in quam uiatores diuertunt di-  
ctum meritorium a mercede quam soluūt.  
Iuuenalis. nam quæ meritoria somnos ad-  
mittunt. Valerius de duobus arcadibus quo-  
rum alter inquit ad hospitem se cōtulit: al-  
ter in tabernam meritoriam diuertit. Vulpia-  
nus in. ti. de in iuriis. I. lex cornelia. ad me-  
ritoria inquit uel stabula non pertinebit.  
Accursius nescio quas nugas somniat neq;  
id mirum cum uigilans quid esset meritori-  
um nescierit.

Modus & modulus plærumq; pro mensura ac-  
cipitur. ut horatius in. ii. ser. hoc erat in uo-  
tis modus agrī non ita magnus. frontinus  
de aquæductibus aquarum inquit moduli  
aut ad digitorum aut ad unciarum mensurā  
instaurandi sunt. in libro digestorum. xi. ti-  
tulus est. si mensor falsum modum dixerit.  
& ibidem saepe. Paulus libro. xxxix. dig. ti.

de damno infecto. I. damni. eum inquit qui  
modulorum aut riui faciendi causa.

Mulsum potio est: quæ ex uino & melle cōein-  
nat. Horatius pri. ser. leni præcordia mulso  
prolueris melitus. Martialis in disticho cuius  
lema est mulsum. attica nectarerū turbatis  
mella falernum. Vulpianus libro. xxxiii. ti.  
de triticō & uino legatis. I. si quis. si mulsum  
inquit sit factum uini appellatione non con-  
tinebis. Vulp. lib. vi. ti. de rei uendicatiōe.  
I. Idem. si ex melle meo & uino tuo mulsum  
factum sit.

Mundus muliebris ut inquit Varro dictus est  
amundiciā. idem & ornatus quasi ab ore na-  
tus a græcis cosmos dicif. Vnde multi fue-  
runt autores quos galenus citat: qui cosme-  
tica. i. de ornatu scripserunt. Vulpianus. ti.  
de auro & arg. legato. I. argumento. mūdus  
inquit muliebris est: quo mulier mūdior fit:  
& subdit quæ numerantur in mundo mulie-  
bri. de quo etiam est titulus.

Munimentum differt a monumento siue mo-  
nimento quod monumētum est sepulchrū  
quod erigitur in defuncti memoriam: siue  
illud sit inane: siue cadauer complectatur.  
Munimentum uero est in ædificio illud qđ  
ab inferendo damno defendit. dictum a mu-  
niendo. Marcellus libro. xi. ti. de religiosis  
& sumptibus funerum. I. funeris sumptus.  
munimentum sepulchri id esse diuinus Ha-  
drianus scripsit quod muniēdi eius loci cau-  
sa factum sit.

Murileguli dicuntur qui murices hoc est con-  
chylia colligunt: ex quib; purpuraceus co-  
lor inducit. nam purpurarum genera cō-  
plura sunt. buccinum. ianthinū. murex. de-  
de quib; in ti. de legatis. iii. I. Si cui lana.  
Igitur murileguli sunt purpurarum consi-  
tores. de quib; iustinianus libro. xi. codi-  
cis. ti. de monetariis & murilegulis.

Muria salamentum siue falsugo extudans ex  
piscib; salitis: qua antiquiores utebantur ad  
ciborum condituras. aliquando muria ex sa-  
le tantum & aqua macerata constabat: quæ  
muria dura cognominabatur. quomodo au-  
tem fiat: plinius & Columella ostendunt.  
Vulpianus in. ti. de penullegata. I. qui penū.  
lacertos inquit: cum muria sua contineri la-  
beo ait.

Murtha & uasa murrhina dicebantur quæ ex  
murtha lapide preciōlo tornabantur. Luca-  
nus. non auro murrhaq; bibunt. Martialis.  
si calidum potas ardenti murtha falerno cō-  
uenit. De murtha lapide. Plinius li. xxxvii.

plura. Sed huius lapides uas unum tantum nostro saeculo monstratur uenetiis in arario diuini Marci. agatham ipsi uocant. De uasis murrhinis Martialis. surentur a bibis nec murrhina sume nec aurum. & Iuuenalis. grandia tolluntur crystallia maxima rursus murrhina. florentin? in ti. de supellectili lega. l. supellectili. de murrhinis inquit & crystallinis dubitari potest. atq; ibidem. murrhina & crystallina ex eadem materia esse. item Pomponius. ti. de auro & argento legato. l. et si non. Murrhina inquit uasa in gemmis non esse cassius scribit

#### De incipientibus ab. n. littera.

**N**atales in numero multitudinis sunt ipsa nascendi condicio siue illa sit obscura siue clara. Plinius libro. xviii. rufus infima natalium nobilitate. Cor Tacitus. fuscus ingens aetate claris natalibus. Iuuenalis. Palmam inter dominas uirtus natalibus aequat. Apud iuris consultos libro. xl. dig. titulus est de natalibus restituendis quasi natales de natalibus claris tatum dicant. Negotium facere siue negotium exhibere: qd apud iuris consultos frequenter legis: significat molestiam alicui facere. & sic est illud: in eum qui calumniae causa negotium faceret. & illud: qui pecuniam acceperit: ut faceret negotium uel non faceret. pro eo quod est molestiam.

Nomen pro debitore maxime in re foeneratoria apud iuris consultos saepissime inuenit. Seneca de uita beata. nunquam magis nomina facio: q cum dono. Alphius foenerator apud Columellam optima inquit nomina non appellando fieri mala. Horatius. cautus nominibus certos expendere nummos. Iuuenalis. qui uenit ad dubium grandi cum codice nomen. Hinc apud iuris consultos pecuniae in nominibus dicuntur quae datae sunt foenori. In hac quoq; significatione accipit nomen a Vulpiano. libro. xlviij. dig. in. ti. de furtis. l. si quis uxori. si quis inq; seruo meo persuaserit: q nomen suum ex instrumento tolleret.

Non particula negatiua turbat sensum adiecta in titulo de officio proconsulis. legatus inquit mandata sibi iuris dictione iudicis dari ius non habet. Ceterum in pandectis non particula non habetur. Notauit primus huc errorem Angelus politianus in quadam obseruatione eius centuriae quam unicam no-

bisuidere contigit.

Nosocomion interpretatur in firmorum siue agrotantium uilla. nam nosos interpretatur morbus & come uilla. Hieronymus ad oce- anum de epitaphio fabiolae. primo omnium nosocomion. l. languentum uillam instituit. lustinianus in codice ti. de sacrosanctis ecclesiis. nosocomia iquit uel brephotrophia. Item colla. pri. de non alienando nosocomion uel brephotrophium. Nosocomos uero appellatur qui praesidet nosocomio. ut colla. ii. de non alienandis. &c.

Notarius non est qui uulgo putatur hoc est tabellio: sed qui excipiens uerba dictantis per notas & compendia scribit. Talis describitur a Martiale in disticho cuius index est notarius. Currant uerba licet: manus est uel locior illis. Nondum lingua suum: dextra p egit opus. Paulus lib. xxix. dig. ti. de militari testa. l. Lucius titius miles notario suo testa mentum scribendum notis dictauit. & ante q litteris prescriberetur uita defunctus est. Ergo per notas intelligendum est per litterarum compendia hoc est breuiaturas.

#### De incipientibus ab. o. littera.

**O**bsidianus lapis ab obsidio quodam inuentus dicitur. de quo Plinius libro. xxxvi. in genere uirii & obsidiana numerantur: ad similitudinem lapidis: quem in aethiopia inuenit obsidius niger: in coloris aliquando & translucidus: crassitate uisu atq; in speculis reddente pro imagine umbras. Idem libro. xxxvii. inueniuntur & geminæ eodem nomine ac colore non solum in aethiopia & india sed etiam in famo & in littoribus hispanicis oceani. Memismiteiusdem Suetonius in augusto. Pomponius libro. xxxviii. dig. ti. de asro & arg. legato. l. et si. geminæ inquit sunt perlucidae materiae. uelut smaragdi. lapilli contrariae superioribus naturæ: ut obsidiani. non abasiani ut in codicibus recentioribus legitur. Obsonatores dicuntur qui obsonia emunt hoc est cibos recentes ex macello. foro boario. foro olitorio aut eiusmodi locis. Seneca li. vi. epistolarum. adiace obsonatores: quibus dominici palati noticia subtilis est. Martialis in disticho cuius lema est obsonator. dic quotus es. quanti cupias coenare: nec unum Addideris uerbum: cccena parata tibi est. Marcellus. ti. de legatis tertio. l. legatis seruis. cubicularios inquit & obsonatores. Ac-

cursus ut est in excogitandis ineptis dili-  
gentissimus: obsonatores duplicit exponit:  
aut qui domino præstant silentium dum dor-  
mit: quasi asomno dictos. aut qui canunt dum  
cœnat dominus quasi asono uocis.

Odyssæa opus est homeri poetæ in quo ulyssis  
errore prosequitur. quoniam ulysses agræ  
cis dicitur odysseus. Citatum a Marcello in  
ti. de legatis tertio. l. legatis seruis. Sic deni  
q; in odyssæa Homerus ait: & subdit carmē  
græcum:

Oenomeli græcis dicitur quod sit latinis mul-  
sum. ab oenos quod est uinum & meli mel:  
quoniam ex uino & melle constat: quemad-  
modū in uerbo mulsum diximus. apud Ga-  
lenum cæterosc; medicos crebra sit mentio  
oenomeli. Vulpianus in. ti. detriticō & ui-  
no leg. l. si q; uinum. Oenomeli plane idest  
uinum dulcissimum continebitur. pro quo  
mendo se legitur coenomeli.

Olitor est qui uulgo appellatur hortulanus di-  
ctus ab oleribus hoc est herbis hortib; bus.  
Inde olitorius. a. um. ad hortum sive horti  
curatorem pertinens. Plinius libro. xix. ur-  
ceola olitoria ex his factitari prodiderunt.  
Vulpianus de uerbo. signi. l. Urbana. horti  
uinearii forte uel olitorii. nee dicitur ab oli-  
uis sed ab oleribus.

Opera. æ. est labor diurnus: quemadmodum a  
Paulo & Vulpiano diffinitur libro. xxxviii.  
dig. ti. de operis libertorum. differt autem  
ab opere quoniam in uno opere plures ope-  
ræ consumi possunt: & una opera plura o-  
pera fieri possunt.

Opistographa dicuntur quæ in tergo chartæ  
scripta sunt. ab opisthen quod interpretat  
retro & grapho scribo. Eiusmodi est scriptu-  
rade qua dixit Iuuenalis. scriptus & in ter-  
go necdum finitus orestes. & Martialis. scri-  
bit in auersa picens epigrammata charta.  
Plinius cæcilius in epistolis. reliquit ait: cō-  
mentarios opistographos & minutissimis  
litteris scriptos. consultus in. ti. de bonoru  
possessione. l. chartæ appellatione. proinde  
ait: si i opistographo q; testatus sit: hinc pe-  
ti bonorum possessionē. ubi Accursius du-  
pliciter peccat: tum in opistographo. l. ubi  
opes scribuntur. exponens. tum in epistogra-  
pho. l. in epistola.

Orichalcum interpretatur æs montanum. nā  
oros est mons & chalcos æs. nam quod uul-  
go aurichalcum dicitur nulla ratione defen-  
di potest. Tum ex illo principio omnium cō-  
sensu recepto non solere fieri compositionē

ex græco & latino. tum autoritate & ratōe.  
Ratio autem illa nim̄rum est quod in car-  
mine semper prima breuis reperitur. Vergilius. xii. æn. alboq; orichalco Circundat lo-  
ricam. & Horatius in poëtria. tibia non ut  
nunc orichalco iuncta tubæq; æmula. Auri  
chalcum uero non posse dici. Sextus Festus  
Pompeius est autor. Aurichalcum inq; quidam  
putauerunt compositum ab ære & au-  
ro. Sane uero orichalcum dicitur: quod in  
montosis locis inuenitur. mons etenim græ  
ce oros appellatur. Vulpianus. ti. de legatis  
tertio. l. Si quis electrum iquit uel aurichal-  
cum contineri. In titulo quoq; de actiōe em  
pti & uenditi. quemadmodum inquit si q;  
uas aurichalcum sed orichalcum legas.

Orcinius ab orco dicitur. Est autem orcus in-  
ferorum atq; mortis deus. Vergilius. ii. æn.  
multos danaū dimittimus orco. Idem in. vi.  
Vestibulum ante ipsum primisq; i fauicibus  
orci. Hinc orcinus libertus qui sit ipsius te-  
statoris defuncti & in orci familiā ascripti.  
De pheretro in quo mortui efferuntur di-  
xit Martialis. orciniana qui feruntur in spō-  
da. Vulpianus libro. xl. ti. de fidei commis.  
libro. l. ergo. qui directam inquit libertatē  
accepérūt: orcinerunt liberti. Orcini quoq;  
liberti meminit Iustinianus libro. ii. institu-  
tionum.

Orphanotrophium penultima longa locus est  
ubi orphani aluntur: quemadmodum bre-  
photrophium ubi infantes: ut suo loco dixi  
mus. In codice Iustiniano titulus ē de orpha-  
notrophiis: quorum etiam meminit frequē  
ter ti. de sacrosanctis ecclesiis. Orphanotro-  
phus is dicitur: qui orphanotrophi curam  
gerit.

De incipientibus a. p. littera.

**D**ægma. atis. ludus interpretatur: apæ-  
zo quod est ludo. Erat autem pægma  
machina in sublime tendens: in qua  
puerorum cantantium erant nidi. Se-  
neca libro. xiii. epistolarum his uerbis pæ-  
gma describit. his inquit annumeres machi-  
natores: qui paginata per se surgentia exco-  
gitant: & tabulata tacite in sublime crescen-  
tia & alias ex opinatiis uarietates aut de hi-  
scentibus qua cohærebant sua sponte coeū  
tibus: aut iis qua eminebant: paulatim in se  
residentibus. Iosephus quoq; in triumpho  
Vespasianorum non nihil de pægmatis scri-  
bit. Iuuenalis. & pægma & pueros indead-  
uelaria raptos. Martialis. & crescunt media

pægma celsa uia. Claudio. mobile pondibus descendat pægma reductis. Vulpianus. t.i. de fundo instructo. l. quæsitum. in emptionem inquit domus specularia & pægma cedere.

Paganus apago dicitur: quemadmodum auctor uicinus. habet tamen aliquando remotiorem significatum: atq; pro eo accipitur: qui non est militiæ sacramento additus: ut nemo sit qui non aut paganus aut miles dicatur. Iuuenalis. citius fas sum producere testem contra paganum possis q; uera loquentem contra fortunam armati. i. contra militem. Modestinus. in titulo locati & conducti. l. si ignorans iquit militi quasi pagano locauerit. Item multis aliis in locis digestorum sed nū quam in alia significatione. Si quād o tamen aiunioribus paganus pro infideli accipitur id per translationem fit: quasi non sit initatus ad sacra religionis christi atq; illius militiæ adiuratus.

Pancratium ut scribit Vitruvius locus erat in quo athletæ exercebant. Plinius li. xxxiiii. puerum autolicum pancratio uictorem. Pro pertius libro. iii. patitur & duro uulnera pancratio Vulpianus libro. ix. t.i. ad legem aquilam. l. qua actione. Si quis in colluctatione inquit uel in pancratio. unde pancratiastes. p. athleta qui se in pancratio exercet.

Pandecta potest interpretari comprehensoriū hoc est omnia continens apan quod est omne & dechomæ comprehendendo. Gellius lib. xix. sunt inquit: qui pandectas. i. omnium receptacula inscripserūt. Idem libro. xii. quas græco uocabulo pandectas. i. promiscua & omnimoda continentis libros. Hinc lustinius libros quinquaginta digestorum pandectas græco titulo prætitulauit: non quæ admodū quidam existimant pandectas suis se libros iuris consultorum ex quibus cōfatum est ius ciuile: quod lustinius imperator in quinquaginta libros rededit.

Pannicularia bona quemadmodum Vulpianus in t.i. de bonis damnatorū definit: sunt ea quæ in custodiām recept' secum attulit. non omnia quidē sed uestē quæ is fuerit idutus. & nummos inueterales. & annulos parui precii.

Pantomim⁹ is dicitur qui mimos repræsentat. atq; in ea arte tantum pollet: ut omnia possit imitari. a pan quod est omne & mimeomæ quod est imitor. Seneca in. iiii. epistolarum. si clamor & plausus & pantomimica instrumenta perstrepuerint. Iulius firmicus libro

iii. matheſeon. Si luna inquit a mercurio defluens ad uenerem peruererit: organarios aut pantomimos facit. Iabolenus li. xxxviii. dig. t.i. de operis libertor. l. si libertus. si libertus inquit artem pantomimi exerceat. & supra eodem titulo. l. patronus. si quis inqt pātomimū uel archimimū libertū habeat. Papyrus frutex est in palustribus ægypti locis auti qua nilus non fluit: brachiali crastitudine. decem cubitorum altitudine. ex cortice uestes stragulas ægypti faciunt. atq; ex eodem chartas. & est alioqui materia combustibilis. Vulpianus in. t.i. de legatis tertio. l. ligni appellatione. arūdines inquit & papyrus comburunt.

Paranymphi & paranymphæ dicuntur græce: qui latinis sunt pronubi & pronubæ hoc est nuptiis præsidentes. Augustinus. xiiii. de civitate. nonne omnes famulos atq; etiam ipsos paranymphos ante mittit foras: q; blandiri coniux coniugi incipiat. Hieronymus in sermone assumptionis Mariam inquit angelus gabriel ac si cælestis paranymphus intactam custodiuit. dictus est autem paranymphus apara quod est iuxta & nymphe sponsa quasi assidens sponsæ. Commentator decretorum paranymphas somniat esse ancillas: dictas sic ut ille putat aparando lymphas Parapherna bona sunt quæcūq; præter dōtem dantur sponsæ. unde paraphernica instrumenta dixit Sido n i" apollinaris puellæ trahita. & dicuntur parapherna a para quod ē præter & pherne dos. non ut uulgus loquitur paraphrena. Vulpianus libro. xxiii. dig. t.i. de iure dotiū. l. si ego. si res detur ea quæ græci parapherna uocant: quæq; galli peculiū appellant.

Parephippius est qui equo insidet. siue equoruſſor a para græca præpositione & ephippium. lustinius libro. xii. codicis. t.i. de curſu publico. l. parephippium. parephippium inquit eum uideri: qui usurpato uno uero bus ueredis: quos solos euectio continebat. Est autē ephippium stragulum quod equo i ponitur. Horatius. optat ephippia bos piger optat arare caballus. Martialis in disticho cuius lema est ephippium. Stragula succincti uenator sume ueredi: nam solet anudo surgere fucus equo.

Parochus interpretat dator siue præbitor hoc est tributarius. Unde scribit. A. Gellius uētidū uelut parochum uictū sibi ægre quæſisse. & erat parochorū magistratibus præbenda conducere. Horatius pri. ser. parochij

qui præbent ligna saltemq; Idem in. ii. uerte  
re pallor tum parochi faciem. Inde est paro-  
chia parochorum communio. Augustinus.  
xiiii. de ciuitate fuit quidam nomine restitu-  
tus in parochia calemensis ecclesiae. non ut  
illitterati dicunt parochia per duplex. r.

Paroecos est incola siue habitator i loco. & pa-  
roecia incolatus siue habitatio. a para quod  
est iuxta & oeceo habito. Pōponius de uer-  
borum signi. l. pupillus. incola inquit est q  
in aliquam regionem domicilium suum co-  
tulit: quem graci paroecon uocant.

Paropsis dis. genus est lancis gradioris: de qua  
in euangelio. qui intingit mecum manum  
in paroplide. pro qua aliis euangelista cati-  
num posuit. Seneca i. v. de beneficiis. sic pa-  
ropside argenteam & auream dicimus. lu-  
tinalis. quam multa magna paropside coe-  
nat. Martialis. Cui portat gaudens ancilla  
paropside rubra halecem. Pomponius. de au-  
ro & arg. leg. l. & si. ueluti paropsidas tabu-  
las trullas.

Passum est uinum illud quod ex uinis passis co-  
ficitur. hispani bastardo appellant. Seruius  
in illud Vergili. ii. geor. & passum psythia  
utilior. passum inquit ideo dicitur quod ab  
igne patitur decoquendo. sed illud quod de  
coquitur non passum sed defrutum aut sap-  
dicit. luuenalis. passum & municipes iouis  
aduexisse lagenas. Vulpianus de tritico & ui-  
no legato. l. si quis. passum inquit nisi con-  
mento aut aliis instrumentis & contractib'  
nomen suum subscribebat. Salustius in ca-  
tilina. ex illis testes signatoresq; falsos com-  
modare. luuenalis. Signator falso qui se lau-  
tum atq; beatum. Vulpianus. t. quemadmo-  
dum testamenta aperiantur. l. cum ab initio.  
cogat inquit signatores conuenire & si-  
gna sua recognoscere.

Signinus. a. um. a signia urbe campanæ. Vn-  
de pira signina luuenali. & uina signina Mar-  
tiali. & structura siue opus signinum: quod  
ut scribit Plinius libro. xxxv. conficitur fra-  
ctis testis contusis calce addita. Columela  
libro pri. uelut signinum opus pilis condensatur.  
operis quoq; signini intrita quomo-  
do fiat: Vitruvius libro. viii. exponit. Vulpi-  
anus in. t. de riuis. l. pri. si quis inquit terre-  
num riuum signinum facere uelit. ubi pro si-  
gnino signatum mendose legitur in codici  
bus antiquioribus. qui. uero non intellige-  
bant quid signinum aut signatum esset in si-  
lencium commutarūt. in archetypis tamē pā-  
detis florentinorum signinum habetur.  
Siliqinarius est custos filiginis. i. horrei in quo  
filigo adseruatur. Est autem filigo frumen-  
ti quoddam genus candidissimi. aliquando  
filigo pro farina purgatissima atq; ipsis triti-  
ci deliciis accipitur. Plinius libro. xviii: fili-  
ginem dixerim proprietati delicias. Celsus  
libro. ii. ex tritico inquit firmissima fili-  
go. Vulpianus. in. t. de furtis. l. si quis uxo-  
ri. si filiginario inquit quis dixerit: ut q no-  
mine eius filiginem petisset. Item Julianus  
t. de negotiis gestis. l. exfacto.

Synthesis inter alias significationes designat  
etiam genus quoddam uestis duplicitis quæ  
sit alio nomine abolla. Martialis synthesib'  
dum gaudet eques dominusq; senatus. Idē a  
libi. sic lucet innumeris arcula synthesib'  
Scaeuola. t. de auro & argento lega. l. titio.  
Ex synthesisq; tunicas duas & paliola.

Si quis generis tantum est masculini: quia nomine minimum propriam habet terminationem. ea est si qua. iuris consultus tamen de uerbo rum signi. l. uerbum si quis. si quis ingt: tam masculos quam feminas complectitur.

Sist. is. uerbum est aliquando absolutum pro eo quod est isto stas. ut apud Vergilium pri. geor. sicut amnes terræq; dehiscunt. aliquando actuum significatq; statuo. is. Idem. iiiii. æn. et sistere flumina uidi. & illud ex euangelio ut susterent eum domino. in hac significatione accipitur apud iuris consultos iudicio sisti & iudicatum solui. sisti pro statui & representari ponitur.

Situla urna est: aquæ ex puteo haurienda accommodata. Plautus in amphitryone. si situ lam iam cepero: illi puteo animam omnem traxero. Hieronymus quoq; esaie. xl. ecce gentes quasi stilla situla reputatae sunt. In titulo locati. in. l. qui fundum. rota quoq; per quam aqua transaheretur: In hilominus ædifici est quam situla.

Situs. us. pro squallore siue in cultura cuiusq; rei dictus a definendo: quia ea quæ deseruntur ex negligentia redduntur in culta. Vergilius pri. geor. & segnem patiere situ dure scere campum. Idem in. vi. æn. per loca senta situ. quod Seruius pro lanuginine & squallore exponit: quæ sit in locis sole carētib;. Vulp. libro. xxxvii. de bonorum possesi. se. ta. l. pri. uetusitate inquit uel situ putrefactum.

Smyrna a græcis appellatur: quam nos myrrham odoratam dicimus. Lucretius lib. ii. contemptus odor smyrnae mellisq; sapores. apud Galenum quoq; interpres semp smyrnam uerbum græcum pro myrrha reliq;. Apud Martianum ti. de publicanis. l. interdum. sinura pro smyrna mendose legitur. Sodales dicuntur qui sunt coniuiorum particeps. sicut & romæ collegium sodalium. de quo Cicero in catone maiore. primum ingt semper habui sodales. sodalitates autem me quæstore constitutæ sicut sacris idæis magnæ matris acceptis. epulabar igitur cum sodalibus omnino modice. huiusmodi autem sodalitates a græcis phratria dicuntur: de quib; Aristoteles in politicis. Erantq; plarumq; honestæ. Gellius libro. xix. adolescentem inquit Taurus a sodalibus coniunctuq; hominum scænicorum abducere uolens. Caius libro. xlviij. de collegiis illicitis. Sodales inquit sunt. qui eiusdem collegii sunt: quæ & græci phratram vocant. & haec uidetur ex

Solonis lege translatæ esse. nam illicita est ea dem.

Solidus. a. um. dicitur quod integrum est: neque habet inane quicquam: aut parte aliqua fraudatū non est. Horatius pri. car. aut partem solidō denere de die. Vulpianus. de fidei commis. liber. l. ergo de solidō ingt sic accipere debemus de forte & de usuris.

Sphæristerium locus est ubi pila luditur. nam sphæra pila interpretatur. & sphæristes q; pilæ ludit. Suetonius in uespasiano. fauces inquit cæteraq; membra sibi met ad numerū i sphæristerio defricaret. Plinius cæcilius in epistolis. apodyterio superpositum est sphæristerium. Lampridius i seuero scribit eum dedisse operam sphæristerio Vulpianus lib. xvii. in ti. mandati. l. si quis mihi. hypocasta. sphæristerion. & quædam ipsius ualitudini apta sua impensa faceret. Accursius uelut oestro quodam percussus diuinat sphæristerion esse locum amoenum herbis.

Spica nardi. quæ spica quoq; cilissa uocat: græce dicitur stachys nardi. de qua inter cætra iuris consultus meminit in titulo de publicanis. l. interdum. nardi stachys inquit. l. spica nardi.

Spurco. as. præter eam significationem quam habet impromptu: significat etiam uinum aqua dilucere: quoniam ut ait festus pompeii spurcum uinum dicebatur: quod erat aqua mixtum. Vulpianus ad legem aquiliam. l. si seruus. qui uinum inquit spurcatit uel acetum fecit. Sed & aquæ dicuntur spurcari cu corrupuntur aliqua re quæ illas uitiet iniecta. Paulus de extraor dinariis crimi. l. pri. si aquas inquit spurcatierit.

Spurius dict' est: qui græce dicitur nothus: sic appellatus uel quasi sine patre. uel ab eo q; est græce sporon quod significat pudenda. Nam sporos est semen. In pri. institutioni libro. in. ti. de nuptiis mendum est manifestum spado pro eo quod esse debuit sporō. solent inquit filii spuri appellari a græca uoce spadon. tu lege sporon.

Stabularius is dicitur qui mercede in tabernā meritoriam uiatores excipiunt: qui caupones quoq; dicitur. Apuleius in pri. de asino. prelio mansionis stabulario per soluto uisum capessimus. Idem in eodem stabulum pro ipso loco diuersorii. lanitor inquit pone stabuli ostium humi cubitans. Vulpianus ti. de iniuriis. ad meritoria inquit uel stabula non pertinebit. Vulpianus libro. tertio. ti. de iis qui notantur infamia. l. athletas. puta ingt

si capo fuit uel stabularius.

Statio.onis.aliquando accipitur pro usigilia.ut apud Ouidium pri.meta.atq; omnes in statione manebant. Modestinus.ti.dere miliari.l.desertorem qui stationis inquit manus reliquit.Hinc milites stationarii dicti q; sunt uigiliis deputati.Vulpianus ti.de officio præfeti urbis.l.omnia omnino.milites inquit stationarios habere ad tuendam popularium quietem.Aliquando statio accipitur pro portu in quem se recipiunt naues aut ex tempestate aut negotiandi gratia.Vergilius.ii.æñ:nunc tantum sinus & statio maa le fida carinis . Idem in.iii.geor.deprensis olim statio tutissima nautis . Vulpianus ti.de fluminibus.l.ait prætor.stationem inq;t dicimus a stando.is.igitur locus demonstratur ubi naues stare possunt.

Stellionatus crimen latissime patet:de quo apud iuris consultos titulus est.atq; ut semel dicam circa quod genus criminis lex stellionatus uersetur: Vulpianus breui ostendit dicens quod ubicumq; crimen nomine caret: illic stellionatum obiciimus. dictus est autem stellionatus a stellione animali uenefico: atq; hominum generi inuidens quippe qui cum intelligat exuias multis morbis esse remedio:cum primum illas deponit silico deuorat. Plinius libro.xxx.de stelliœ>nullum inquit animal fraudulentius.inuidere homini tradunt:inde stellionum nomen in maledictum translatum.Agræcis dicitur a scalabotes.Aristotelis colotes.uulgo persuasum est esse tarantulam bestiolam in appuliam notam.

Stypteria græce latine interpretatur alumē quo uerbo utitur saepe Galenus uel potius galeni interpres.dictaq; est stypteria astypto qd est astringo:quoniam alumen uim habet astrigendi.Vulpianus ti.derebus eorum q; sub tutela.l. sed si.si lapicidinas inquit uel quæ alia metalla pupillus habuerit stypteriæ uel cuiuslibet alterius materiae.

Stipulor.aris.uel bum frequens est apud iuris peritos: significatq; promittenti assentire.& fere ad aliquid sunt promitto & spōdeo ei quod est stipulor.ut si dixero promitto tibi centum aureos:tu respondebis stipulor a te centum aureos.hinc nascitur contractus stipulationum sponsonumq; Seruius sulpi cius in libro quem scripsit de dotibus;citat uerba Gelio libro.iii.noctium atticarum.Qui uxorem inquit ducturus erat:ab eo unde ducenda erat:stipulabatur eam in matri

monium ductum ire:qui datus erat item spondebat ducturu:rum quæ promissa erat sponsa appellabatur:qui spōderat ductu rum sponsus.Columella libro.xi.soenoris i quīt tui siluine quod stipulanti spopondram tibi.Dictumq; est stipulari ut ait Varro de lingua latina a stipe hoc est pecunia.quo niam qui pecuniam obligat:stipulari dicis. hinc stipulatus.us.Papinius ti.Soluto matr.i.post dotē. non erit impediendus pater quo minus ex stipulatu agat.

Stola uestis erat ad talos demissa matronarum insigne.Ouidius.ii.de tristibus. quas stola contingit:Et stola sumpta decer. Vulpianus de auro & argento legato.l.uestis. mulieribria inquit sunt:ueluti stolæ.pallia.tunicæ.Stragulus.a.um.est quod sterni solet aut lecto aut strato.aut equo.aut iumento:ut melius faceas siue sedcas.hic uestis stragula.ehippium stragulum.& stragulum substantiæ.Varro de lingua latina.quidquid lecto sternebant:asternendo stragulum appellabat . Apuleius libro.iii.de asino.uestem stragulam subductam iactare consueuerat. Plinius libro.vii.frænos & stragula equorum pele stornium inuenisse ferunt. Vulpianus ti.de uerborum signifi.l.instratum.instratum inquit omne uestimentum contineri qd iniiciatur labeo ait. neq; enim dubium est:quin stragula uestis sit omne pallium.In uictu ergo uestem accipiemus non stragulæ.instratum omnem stragulam uestem.

Stramenta dicuntur calami frumentacel spicis demessis dicta astando siue a sternendo.Varro pri.de re rustica.Cum comprehendit inquit fascem spicarum: desecat & stramenta stania in segetet relinquit.& paulo post. alii stramentum a stando dictu putant:qua si stamen.alii a stratu:quod sub sternatur pecori.Calami igitur:qui lecto insternunt stramenta appellantur.Vulpianus libro.xix.ti.de actionibus empti.l.fundi.fundo inq;t uero dito uel legato sterquilinium & stramenta emptoris & legatarii sunt.

Strobilos dicitur tum arbor screns nuces pinæas tum ipsæ nuces pineæ.Plinius lib.xvi.de pini generibus.Easdem inquit arbores esse per oram italicæ:quas strobylos uocant.Galenus libro.ii.alimentorum. cap.de pinæis nucleis uocant iquit ipsos qui nūc græci non conoa sed strobylos.Idem in.vii.de cameridonis.quos omnes inquit græci nominant strobylos antiquitus ab atticis dicebantur coni.Vulpianus ti.de legatis tertio.l.li-

gni appellatione. de pinu iquit. Integri stro byli. Idem ti. de uerbo signifi. l. carbonum superiora uerba repetit.

Subdisiunctua coniunctio a grammaticis sic definitur: quæ uoce disiunctua utrumq; ad esse significat: uel simul uel discrete. ut alexander siue paris. nam qui prius uocabatur alexander priami filius postea cognominatus est paris. dormit uel disputat. nā potest neutrum facere. Sed de particula sub disiunctua quanquam ad grammaticum pertinet at differere: copiosissime disputauit Proclus iuris consultus in. ti. de uerborum signi. l. hæc uerba. &c.

Subgrundæ sunt tegulæ propendentes extra tectum domus ad parietū defensionem ne imbribus corrumpātur. Varro libro. iii. de re rustica aues subtus subgrundas inquit ab initio uillatico usas testo. Vitruius libro. x. Pinnas inquit ex tabulis & superne subgrundas proclinatas. labolenus de uerborum signi. l. malum nauis inter projectum iquit & immissum hoc sterelle labeo ait: quod projectum esset id quod ita proueheretur: ut nusquam requiesceret qualia meniana & subgrundaria essent. i. tecti partes impendentes ad parietum munitionem. Plinius tamē subgrūdas accipit pro tegulis inferiorib<sup>9</sup>. nam in tectorum structura duo sunt ordines regularum alter supernarum alter infernarum. Scribens namq; libro. xxv. de duobus sedi generibus hoc est maiori & minori. dicit minorem appellari hypostegon: & subdit causam cur sic appelletur: quoniā in subgrundis fere nascitur: hoc est in tegulis inferioribus id quod uulgo uidemus in tectis nasci.

Subsellium est sella inferior. Varro de lingua latina a sedendo inquit sella: & selliquastrū deinde ab his subsellium. ut subspere quod nō plane sapit: sic subsellium dictum quod non plane erat sella. luuenalis. sed cum frēgit subsellia uersu. florentinus de supellecili legata. l. supellecili. trapezophora. delphica. subsellia. Item de acquirendo rerum domino. l. ideo.

Subsisto pro eo quod est hæreο siue dubito. nā qui incedens subsistit: uidetur de aliqua re deliberare quid agat. ut de ænea Vergilius pri. æn. dixit. Subsistit hic arcumq; manu celeresq; sagittas corripuit. Callistratus lib. l. ti. de iure immunitatis. l. semper. subsisti inquit potest an prohibendi sint apræside. Itē Vulpianus libro. iii. ti. de procuratoribus.

l. seruum. quantum inquit ad filium famili as uerum est. in seruo uero subsistimus. Hic serie uerbotum coactus Accursius non posuit nisi uere interpretari. exponens pro eo quod est dubito.

Substruere est ædificium a fundamentis deficiens fulcire. hinc substructio dicta parietis cultura. Vitruvius libro pri. nō solū in muro sed etiam in substructionibus. Columela libro pri. profutura inquit & sub structione fungetur. Vulpianus libro. xliti. ti. de riuis. l. pri. Verbo inquit reficiendi tegere. substruere. sarcire continentur.

Succinum gemma est ex gummī arboris glesfariæ congelata: quam diximus a græcis apellari electrum. luuenalis. in cuius manibus ceu pingua succina tritas cernis ephemeridas. Martialis. inclusit tenuem succina gemma feram. Plinius de succino deq; mendicamentis ex eo multa li. xxxvii.

Suggillo. as. pro eo quod est contundo. is. unde suggillata dicuntur membra quæ sunt contusa unde luores subor iuntur. Plinius libro. xxx. liuentia inquit & suggillata pulmones. arietum sanant. Idem libro. xx. sugillata & alios luores leuat. suggillatum ut inquit festus dicit ex græco: quod ea pars quæ sub oculis est ab eis dicitur hypopion. Sed aliquando reperitur sugillo pro eo quod est derideo: propterea quod qui ex contusione luores contraxrunt: derideri solent. Vulpianus lib. xlvi. ti. de iniuriis. l. item apud labeonē. si quis inquit non ad suggillationē domini iniuriam seruo fecit.

Supellecili appellatio ne quæ res continetur: ex titulo qui est libro. xxvii. dig. de supellecili legata facile possimus intelligere. Quamquam enim supellex uideat dici de stragulo tantum siue lodice ab eo quod suplectum imponatur: etiam ad alia domus utē filia eius significatio se extēdit. immo & ad alias res quæ sunt aut possunt alicui ornamento eē Persi<sup>9</sup>. tecum habita & noris quam sit tibi curta supellex.

Superficies in ædificiis dicitur domus quæ in alieno solo siue area edificata est. Itaq; fieri potest ut eiusdem domus duo sint domini. alter domus superficiariæ alter soli. Vnde pulchre Seneca libro. xiii. episo. translatio ne sumpta ex modo loquendi iuris consultorum philosophia inquit nihil aliud petit. totum opus a solo excitat. Mathematica ut ita dicam superficiaria est. in alieno ædificat. accipit priā quorū beneficio ad ulterio

ra peruenit. Paulus. t*i*. de danno infecto. l.  
damni. & qui in conducto solo inquit super  
ficiem posuit. Itē. labolenus t*i*. de usucatio-  
nibus. l. eum qui. Cum aedes inquit duabus  
rebus constent solo & superficie. Julianus  
quoq*e* de legatis p*r*i. l. si fundum. appellatio-  
ne inquit ædificii aut superficiem significat  
aut solum. Caius Item t*i*. de superficieb*o*. su-  
perficiarias inquit aedes appellamus quæ in  
conducto solo cōstitutæ sunt. Dominus ue-  
ro domus superficiarius dicitur: ut in titulo  
de danno infecto & saepe alias.

De incipientibus a. t. littera.

**T**antisper quod significat per tantum  
spacium siue per tantum tempus ut in-  
quit Valla semper fere desiderat iun-  
gi huic particulae dum pro donec. Te-  
rentius in heautontu. ego te meum esse di-  
ci tantisper uolo: dum quod te dignum est  
facias. & paulopost. de creui tatisper me mi-  
nus iniuriæ meo gnato facere diu siam mi-  
ser. Luius libro p*r*i. tantisper dum prisca il-  
la tota mente repeto. Gelius libro. vi. loco  
dum æquivalens posuit quoad. tantisper in-  
quit quo ad fieret permutatio. Vulpianus.  
t*i*. de tutelis. l. qui tutorem. dum magis æta-  
ti q*e* dementi tantisper sit consulendum.

Tectorium opus est quod calce aut gypso in-  
crustat*u* est. & tectorium substantiæ pro ip-  
sa calce siue gypso quod super inducit. Var-  
ro libro. iii. de re rustica. cum uillam inquit  
haberes opere tectorio spectandam. Gelius  
libro. xii. uillas inexcultas & rudes nec te-  
ctorio quidem prælitas esse dicit. Per trans-  
latione quoq*e* de foemina cerusata dixit lu-  
uenalis. tandem aperit uultu & tectoria pri-  
ma reponit. Vulpianus t*i*. de danno infec-  
to. l. ex damni. ob tectoria inquit & pictu-  
ras. Item Proculus. t*i*. de seruitutibus predi-  
orum urba. l. quidam. si parietem demoli-  
tus sit uicinus non pluris q*e* uulgaria tecto-  
ria aestimari debent. in alia tamen significa-  
tione uidetur accipere Paulus in. t*i*. uti pos-  
sideris. l. si duo. Si uicinus inquit meus i pa-  
riete meo tectoria habeat & in pariete suo  
Telum largo quadam modo quidquid noce-  
re potest appellatur. Nam & apud Vergili-  
um atq*e* alios autores aliquando pro ense eti-  
am accipitur. Iustinianus tamen libro quar-  
to institution*u*. t*i*. de publicis iudiciis telum  
inquit ut Caius noster ex interpretatione le-  
gum duodecim tabularum scriptum religt

uulgo quidē id appellatur: quod ab arcu mit-  
titur. sed & omne significat: quod manu cu-  
i sp*i* acitur dictum ab eo quod in longum  
mittitur a græca uoce figurat*u* teloten enī  
alonge significat. quæ uerba Caii iterū po-  
nuntur in. t*i*. de uerborum signi. l. si caluni-  
etur.

Temporaries dicitur: quæ ita extruitur: ut  
ad certum quoddam tempus duret & nō in  
perpetuum. Plinius libro. viii. temporario i  
quit euripo ostendit. Idem libro. xxxvi. the-  
atri inquit temporarii & uix uno mense fu-  
turi. Seneca libro. ix. episto. hæ sunt inquit  
amiciciae quas temporarias populus appella-  
lat. Paulus. t*i*. quibus ex causis. l. ad cogni-  
tionem. exilio inquit temporario. Papinia-  
nus t*i*. de pœnis. l. fruus. Cum seruus p*er*  
torem in opus temporarium fuisse datus ex  
plete tempore domino seruum esse reddenda-  
rum respondi.

Tepidarium locus erat in balneo tepidior: quæ  
admodum calidari*u* calidior. Celsus libro  
primo. tunc inquit in calidarium transfire:  
ubi tepidario paululum insudauit. Idem in  
codem. si est balneum ante omnia in tepida  
rio residere. Vitruius libro. v. sudationes  
inquit: quæ sunt coniungendæ tepidario.  
Paulus in t*i*. de seruitutibus prædiorum ur-  
ba. l. fistulam. si talis inquit sit usus tepidarii  
ut assiduum humorem habeat: & id noce-  
at uicino.

Tessera tum pro symbolo hoc est belli signo  
accipitur Vergilius. vii. xii. it tessera signu-  
tum pro talis ut uulgo accipiuntur. nā talus  
aliud est. Martialis. hæc mihi bissononume-  
ratur tessera puncto. tum pro frumenti qua-  
dam mensura. de qua Seruus i illud Vergi-  
lii p*r*i. geor. numeros impressit aceruis telle-  
ras interpretatur: quibus frumento nume-  
rus designatur. luuenalis. summula ne per-  
eat: qua uulga tessera uenit frumenti. Suetonius  
in Augusto. ne plebs frumentation*u*  
frequentius a negotiis auocaretur ter in an-  
num quaternorum mensium tesseras dare  
destinavit. Hinc Persius per diminutionem  
fecit tessera. scabiosum inq*t* tessera far  
possidet. Iustinianus libro. xi. codicis. t*i*. de  
frumento alexandrino. l. diurnos. tesserae i  
quit designant. Paulus de legatis secundo.  
l. mortuo. sitatio tessera frumentaria legata  
fit. Vulp*i*. lib. v. de iudiciis. l. sed & si. si li-  
bertis inquit suis tesseras frumentarias emi-  
guoluerit.

Theriaca nō tyriaca ut libri medicorum cor-

rupte habent: antidotum est notissimum contra uenena de cuius compositione duo extant galeni opera. alterum ad cæsarē alterum ad pamphilum. dicta theriaca a ther qd est fera hoc est uipera Plinius lib. xxix. sicut inquit ex uipa pastilli: qd theriaci uocant a græcis. Hieronymus in iouinianū lib. ii. uipera inquit carnes undetheriaca cōficitur: quantis rebus aptæ sunt norunt medici. de fundo instru. l. quæ situm. theriacam inquit & cæteram medica-  
menta non tyriacam.

**T**hymelicus interpretatur histrion: quoniā thymelius es. est pulpitum siue scena. Apuleius pro magia. si choragium inquit thymelicus: num argumentarere uti etiā me gragidii syrmate histrionis. Augustinus lib. vi. de ciuitate dei. quæ sunt inquit illa sacra quibus agendis tales elegit sanctitas quales nec thymelius in se admittit obscenitas. Vitruvius libro. v. ex eo inquit scenici & thymelici separatim nominantur. Vulp. li. iii. titulo de iis qui notatur infamia. l. athletas. neq; thymelici inquit: qui certaminibus sacrī deserunt: igit hominiosi habeantur. Item de cōsecratione. di. v. cap. non oportet. sed utrobiq; themelici corrupte legitur.

**T**hlasiae siue thlibiae quod id est latine dicti qd habet testiculos attritos. appellatis sic athlao quod est frago siue thlibo quod id signifcat. Vulp. ti. de uerborum signifi. l. spadonum thlibiae inquit & thlasiae: sed & si qd aliud genus spadonum est. Item Paulus ad legem corneliam de fiscariis. l. ii quoq; ii inquit qui thlibias faciunt: ex cōstitutione diu hadriani in ea sunt causa: qua ii qd castrati. utrobiq; mendosi sunt codices recentiores. Accursius tota errat uia nunc dicens eē ferramentum castratorium. nūc uenas quæ inciduntur. nunc id quod uerissimum est: ne scire se quid thlasia aut thlibia sit: cum sit non castratus siue exectus: sed qui ut diximus attritos habet testiculos. de quo dominus per mosem scribit in deutero nomio cap. xxiii. non intrabit eunuchus attritis uel amputatis testiculis & abscessu ueretro eccliam dominī.

**T**iberius cæsar Liuī drusus ex Liuia drusilla filius Augusti deinde pruignus ab illo ea lege est adoptatus: ut ipse Germanicus Drusus neronis fratri sui filium adoptaret. Ex Suetonio in vita augusti. tiberii. & caii cæsarii. iouinianū lib. i. institutō pri. ti. de adoptionib; Augustus inquit non ante tiberium adoptauit: quis germanicū adoptauerit. ut p̄tinus ad-

ptione facta incepit germanicus augustine pos eē. Accursius. impator inquit uolebat adoptrare quendam noīe germanicū. & germanicus nolebat consentire. Vñ Augustus callide suasit cuiusdam noīe tiberio ut illum germanicū adoptaret: qd fecit. Quis talia historia rum porteta fingeret: nisi Accursius aut Accursii admiratores! De tiberio uero tāq; de p̄sona ignota & obscura dixit cuiusdam tiberio: cū successerit Augusto in ipso. Quod si historias seculares nūquā legit: nunquā ne audiuit illud ex euangelio. Lucæ. iii. Anno quinto decimo imperii tiberii cæsarī. &c. Tympanum magaritarum genus est ex altera parte sphæricū atq; ex altera planū quasi in tympani effigiem formatum. Plinius libro. ix ubi de margaritis & unionibus. quibus inquit una tantum facies est: & ab ea rotunditas auersis planicies tympania nominantur. de auro & argento lega. l. pediculis. cū quādam inquit ornamenta mamillarū ex cylibris triginta quattuor & tympanis & margaritis detraxisset.

**T**yros colonia syriæ phoenices insula quondam sed ab Alexandro in continentem transflata. unde Lucanus in. iii. & tyros instabilis preciosaq; murice sidon. Tyriorum coloniæ meminit iuris consultus in titulo de censibus.

**T**oga prætexta dicebatur apud romanos: quae utebant pueri usq; in annum octauum decimū. tūc enim sumebant togam uirilē: quæ & libera dicebatur. Seneca in epistolis tenes memoria cū pretesta posita sumpisti uirilē togam: pueri quoq; i ea ætate pretestati applicabantur. Iuuenialis. & prætextatus adulter. Hic festus pōpei ait: prætextatis nefas erat obsecno uerbo uti: ideoq; prætextatū appellabant sermonem qd nihil obsecnitas habebat. Vulp. de auro & argento lega. l. uestis puerilia autē sunt ueluti togæ prætextæ aliculae. chlamides & pallia quæ filiis nūfis comparamus. Prætexta uero appellata est: quoniā purpura uesti intertexebatur.

**T**omentū est quidqd puluillo aut culcitrae in sercīsi siue illd sit lana. siue pluma. siue stramentū. siue carices & iuncī cōcisi qd tomētū cirensē appellat. i. uulgare triuiale & pauperibus cōmune. dictū a circa romano ubi huiusmodi tomēta uēdeban. Martialis. tomentū cōcisa palū cirēse uocat. cōcisa appellat paludē carices & iuncos qd ad tomentum cōcidebant: quod a temo quod est incido dicitur: nō ut indocti putat ab eo qd tameat.

Seneca de uita beata. si super circense tomē tum per fascias ueteris linthei effluens in- cubabo. Suetonius in tiberio. druso inquit adeo alimenta subducta ut cogeretur e cul cītra tomentum mandere. Varro quoq; de lingua latina: quod in culcītra tomentum a liudue quid calcabant: ab īculcando culci tra dicta. Vulpian⁹ de legatis tertio. l. si cui lana. lana īquit appellatione tomentum nō continebitur. expone tu. i. lana quā culci- træ īculcata est: nam ea poterat ī dubita- tionem uenire. Quod uero Accursius pu- tat genus esse uestis: uel coopertorū de la- na factum quis non iure possit ridere! Nam si ut ī eadem lege habetur: si lana appella- tio eatenus extenditur quo ad telam perue- nerit: hoc est ut idem Accursius interpreta- tur: ut solum restet texere nondum tamen est ī tela posita: quomodo uestis siue coo- pertorū ex lana factum debet lanae appel- latione contineri! Quid quod Paulus ī eo- dem titulo expresse dicit. Lana legata uestē quā ex ea facta sit deberi non placet.

Topiarius est operis topiarii artifex. Opus ue- ro topiarium dicitur quod ī viridariis to- piarii faciunt exprimentes uarias figurās a- nimalium aliarumq; rerum ex myrto. citro- buxo. hedera. aliisq; arbustis fruticibus & herbis quarum natura flexibilis est. Plinius libro. xv. satiuarum īquit myrtorum genera topiarii faciunt. Idem libro. xii. sicut indicam ad opus topiarium dicit pertinere. & libro. xxii. de chamædaphne. toparia ī- quīt herba inopiam florū aliquando sup- plet. Idem libro. xxii. acathon herbam appelle lat topiariam quia topario operi accommo- dari potest. Cicero ad Quintū fratrem to- piarium laudaui ita omnia conuestiuit hede- ra. atq; ibidem. ut deniq; illi palliat topiarī am facere uideantur. Vulpianus. ti. de fun- do instru. l. instrumenta si viridaria īquit sunt viridaria accedunt instrumento fundi. & in eodem ti. l. quā situm. hostiarii īquit uel topiarii & dietarii. Aphricanus ti. de le- gatis tertio. l. cum querētur: prædiis lega- tis & quā eorum prædiorum causa empta esent: neq; topiarium neq; saltuarium lega- tum uideri ait. topiarium enim ornandi sal- tuarium autem tuendi & custodiendi fundi magis q̄ colendi causa paratum uideri. Ac- curlius cuiusmodi ornatus esset topiarii ne- sciuit: cum dicit illius officium esse purga- re agrum spinis & uepribus & facere fossas. Inimo uero eiusmodi serui legato cederet:

cum necessario ager purgari debeat spinis: & fossæ atq; elices deducendæ sint: atq; ad culturam pertineant.

Toral mappa est quæ toro. i. mensa imponit. Varro de lingua latina toral īquit quod an- te torum. Horatius pri. epi. ne turpe toral ne sordida mappa. florentinus de supellecti li legata. l. de tapetis. sicut toralia īquit q̄ stragulorum non sunt. ī eodem ti. l. supel- lectili. ut diximus ī uerbo mappa oralia p̄ toralia legitur.

Traianopolis ciuitas siciliae atraiano cæsare cognominata ut ex uerbis iuris cōsulti col- ligimus ī titulo de censi bus. ī sicilia īquit selinis & traianopolis. Sed cum traianopo- lis nusquam ī sicilia legatur: atq; ediuerso traianopolis oppidum sit mysiae maioris: at q̄ alterum eiusdem nominis ī piceno ita- liae interpungenda sunt legis uerba: ut seli- nis sit ī sicilia & traianopolis altera ex illis duabus.

Traiecticia pecunia dicitur ut Modestinus li- bro. xxii. ti. de nautico fœnore scribit: quæ trans mare uehitur. & ī ibidem saepē. Aphri- canus quoq; ī ti. de actionibus & obligis. l. traiecticia pecuniae. Item Codice de ueteri iure enucle. l. tanta. Dicta est aut̄ traiecti- cia atraiciendo hoc est transmittendo. un- de est frequenter apud historicos traicere montē & traicere mare & traicere flumē. & traicere exercitum. traicere merces. tra- sicere pecunias. Atq; utrumq; simul traicere exercitum mare. flumen. Quare traie- cticia pecuniae nomine ueniet ea quæ pmu- tatur & trans uehitur ultra montes & ma- ria.

Trapetum siue trapetus ut īquit Seruius ī illud Vergili. ii. geor. uenit hyems teritur syconia bacca trapetis olearia mola est. Mar- tialis. nec tartessiacis cedat tua silua trapetis. dictum a tero. is. ut Varro de lingua lati- na tradit. uel ut alii a trepo quod est uerto. quia molæ oleariae uertitur. uel a trepo qđ est premo. ad priorem etymologiam allusit Vergilius cum dixit: teritur syconia bacca trapetis. ad alteram uel potius ad utrāq; Plinius libro. xv. mox īquit trapetis fractæ oli- ua premerentur. Vulpianus ti. locati & cō- ducti. l. sed addes. trapeta īquit instructa funibus. Accursius instrumentum tantum esse dicit: sed non cuiusmodi aut ad quos usus. Quod uero ī. ti. de supellectili lega- ta. l. de trapetis. bis scriptum est trapetum expuncta. r. littera tapetum est legendum

quod nemo dubitat in genere stragulorum esse.  
Trapezophorum theca erat in qua preciosiores mensae deferebantur. nam trapeza inter pretatur mensa & phoreo uel phoresco quod est fero. Florentinus de supellestili legata. I. supellestili. trapezophora inquit delphica & subsellia. Ciceron tamē ad fabium geluum pro statua siue signo quod ferebat men sam posuit. trapezophoron inquit si te delestat habebis.

Trierarchus interpretatur nauis princeps. nam trieris est nauis habēs triplicem ordinem temorum quae triremis dicitur. Hieronymus iezecielis cap. xxx. egreditur nunciū a facie mea in trieribus. ad senatus consultum trebellianum. I. eius. fiduciarium inquit reliquit hæredem trierarchum. Item de bonis possedit. I. prima. nauarchos inquit & trierarchos classium.

Trietericus. a. um. est illud quod tertio quoque anno contingit. a tria quod est tres & etos annus. Vergi. iiiii. xxi. referunt trieterica bacchi orgia. Ouidi. ii. de remedio. ibat ut edo nō referens trieterica baccho. Apuleius p̄ magia crotalum inquit ad trieterica orgia. Modestinus libro. I. dig. ti. de pollicitationibus. I. septicia. agonem inquit constituo trietericum.

Trini. æ. a. nomen est distributiuum quale illud bini & quini. & deni. significatq; cui libet competere tria. lunguntur q; ut alia eiusmodi nomina: nominibus pluraliter declinatis. Martialis transierint binæ forsitan triñae ue calendæ. Silius libro. xv. punicorum qui sua nunc trinis deducunt agmina castris. Martianus libro. I. de legationibus. I. scendum. præcipitur inquit editio Vespasiani omnibus ciuitatibus ne plures q; trinos legatos mittant. Accursius in erroribus pertinax est. nam qui binos exposuit pro quantuor. quinos pro decem. denos pro uiginti: hoc in loco Trinos pro sex exponit: cum exponendum fuerit trinos. i. quælibet ciuitas tres. Sed quæro iam non ab illo sed ab illius amatoribus: an recte dictum sit: quod omnes ciuitates nō amplius mittere debeant q; sex legatos. significaretur namq; quod omnes ciuitates simul sumptæ non amplius essent missuræ q; sex legatos: quod est p̄ q; ridiculū Tryphus potest interpretari delicatus. nam tryphe. es. est deliciū & tryphao deliciar. Vulpianus ti. de edilicio editio. I. idem offilius. balbus inquit & blesus & tryphus isq; qui tardius loquitur. ubi tryphū pro traulo hoc

est blasphemus: & q; quodam modo ex deliciis sic loquitur. Quintilianus libro. pt. i. lorum delicias reprehendit qui. S. litteram male proferunt.

Trochlea instrumentum est cum orbiculis ad eleuanda & deprimenta onera. Catode rustica. trochleas græcanicas binis funibus sparteis. Vitruius libro. x. cap. ii. &c. iii. de throcchleis multa. dicta a trochao quod est curro. V ulp. ti. locati. I. sed addes. tympanum inquit & trochleas qbus eleuas prælū.

Trozimos græce maturus siue comestibilis interpretatur. unde uua quæ esui adseruatur & quæ nō est apta uino trozimos a iuris cōsulto appellatur in ti. de uerborum significatione. I. qui fundum. qui fundum inquit uendidit: pomum exceptit. nuces. ficos. & uuas dumtaxat duracinas & purpureas & quæ eiusdem generis essent: quas non uini causa haberemus: quas græci trozimus appellant: excepta uideri.

Trulla uas est quo eculina in lauatinam aquā fundunt: atq; ad alia eiusmodi ministeria cōparatum. Horatius. ii. ser. pro uase potorio uiliori posuit dicens. qui ueientanum festis potare diebus campana solitus trulla. luinalis si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo. Pomponius de auro & argento legato. I. & si. ueluti par opidas inquit. tabulas. trullas. Paulus de fundo instructo. I. tabernæ. trulla inq; quæ circa coenū solēt traisci.

Tubus. I. siue fit fistilis siue ex alia materia est fistula per quam aqua deducitur. immo uero aquæ ductus ipse tubulis pyxidatis constat. hispani atanores appellant. Columella libro pri. aqua inquit sic habetur eximia: si fistilibus tubis in cōiectam cisternam deducitur. Plinius libro. xxxi. aquam efonte duci fistilibus tubis utilissimum est. Seneca libro. xliii. episto. suspensuras balneorum & impressos parietibus tubos. Vulpianus. ti. de cloacis. I. prima. cloacæ appellatione & tubus & fistulae continentur. & per dimitionem tubulus in eadem significatione. Plinius libro. xxxiii. pro cuniculo subterra neo posuit. hi colores inquit in eisdem tubulis inueniuntur. Proculus in. ti. de seruitutibus urbanorum prædiorum. I. quidam. non licet inquit tubulos habere admotos ad parietem cōmunem. Hic Accursius tribulos pro tubulis legit: interpretatur que esse uasa lapidea. in superiori lege tubū putat esse foramen cloacæ.

De incipientibus ab. u. littera.

**D**adimonium accipitur pro ea sponsio-  
ne quæ datur in causa grauiori puta cri-  
minali dictum uadimonium a uadib⁹  
hoc est sponsoribus quos qui dederit  
in iudicio: uadere idest discedere potest quo  
cumq; libuerit. Autores sunt Acron & Por-  
phyri⁹ in illud Horatii in primo ser. ille da-  
tis uadibus: qui rure extractus in urbē est.  
Iuuenalis. differt uadimonia prætor. & Pli-  
nius in proemio naturalis histo. propter qd  
inquit uadimonium differi possit.

Vales⁹ apud antiquiores dicebantur: q postea  
f.littera ut in plerisq; aliis in. r. litterā mu-  
tata: ualerii sunt appellati. fuit autem uale-  
riorū familia romæ dicta a ualesio uiro præ-  
claronec minus locupleti ingente fabina: q  
postea Manius Valerius terentinus cogno-  
minatus est a terento loco quodam diti pa-  
tri sacro romæ in campo martio: in quo arā  
illi dicatam ab antiquis primus omniū mō-  
strauit. Quintilianus libro pri. ut Vales⁹ in  
quit & fes⁹ inualerios & furios uenerunt:  
ita arbos aetatis fuit. Idem quoq; festus Pō  
peius scribit in dictione Aurelia familia. Pō  
ponius in ti. de origine iuris. l. necessarium  
autor est Appium Claudium cæcum fuisse  
autorem: ut in illis nominibus. f.littera in.  
r. transiret. Appius inquit claudius inuenit  
ut pro uales⁹ ualerii: & p fusi⁹ furii essent.  
Hinc est in libro institutionum titulus de le-  
ge fusia canina. pro eo qd esse furia canina  
Valetudo & ualerudinarus & nunquam ual-  
tudo & ualitudinarus legendum est in li-  
bris digestorum quoniam sic scriptum esse  
animaduertit Lodouicus bononiensis in pa-  
dictis florentinis. atque apud antiquos hæc  
nomina sic proferebantur.

Varus uaricus & uaricosus quid significet nō  
est in promptu. est autem uarus qui habet  
crura obtorta pedesq; intorsus figens: quæ  
admodum ediuerso dicuntur uacæ qui ex  
torsum crura habent: iidemq; uatinii & ua-  
cienni. Plinius hinc inquit cognomina in-  
uenta planci. pansæ. scauri. sicut a cruribus  
uari uacæ & uacienni & uatinii. Horatius pri-  
mo ser. hunc inquit uarum distortis cruri-  
bus. & Persius per translationem: uel cum  
fallit pede regula uaro. Inde uaricus. pro eo  
qui ex distorsione pedum inæqualiter am-  
bulat. Ouidius in tertio de arte ingentes ua-  
rica fertque gradus. Vulpianus ti. de ædili-  
tio edicto. l. offilius. uarus inquit & uaricus  
an sanus sit: & opinor sanos esse. Accursius  
nomina dicit esse illorum qui non possunt

recte prontuari. Varicosus quia tumenti-  
bus & intortis uaricibus dicitur: nūtium est  
longe diuersum. luuenalis. uaricosus fiat a-  
ruspex. & Persius. dixeris hæc inter uarico-  
sos centuriones. Vulpianus in eodem ti. ua-  
ricosus inquit sanus non est. neq; est qui ut  
insipiens modo huc modo illuc uadit: quod  
Accursius somniat: sed ut diximus qui ex ni-  
mio labore uenas habet crurum intortas &  
conglobatas: quas hippocrates appellat cir-  
fas Aristoteles ixias.

**V**enaliciarius est seruorum mango. Quintili-  
anus adolescentem inquit apud uenaliciari-  
um repertum & iterum. dedit libertus pe-  
cuniam uenaliciario. iidem & uenalicii dicū-  
tur. Cicero in oratore ad brutum. Aphri-  
canus & laelius in tñ uenaliciari mercatoresq;  
superarunt. Caius ti. de edilicio edicto. I.  
iustissime. Venaliciarii inquit ita societate  
coeunt: ut quidquid agunt; &c. Vulpianus  
quoq; quia uenaliciarii inquit sciunt decur-  
ri ad nouiciorum emptionem. Item aphri-  
canus de uerborum signi. l. mercis appella-  
tione. Mella mangones nō mercatores sed  
uenaliciarios appellari ait.

**V**eneficus nō simpliciter est qui uenenum ne-  
candi alterius gratia portigit: sed qui adhi-  
bitis incantationibus quibusdam utitur. q  
& maleficus dicitur. Ouidius. vii. meta. de  
medea. ualidosq; uenefica succos mergit in  
ære cauo. Lucanus in. vi. pollutas cantu di-  
roq; uenefica succo. Hinc apud iuris consul-  
tos titulus est de ueneficis & sicariis. Idem  
& uenenarius dicitur. lulius firmicus lib.  
ii. si mars mercuriū de diametro aut de qua-  
drato respexit: faciet uenenarios & malefi-  
cos. Callistrat⁹ ti. de poenis. l. capitaliū. Ve-  
nenarii inquit capite puniendi sunt.

**V**ersicolor uestis inquit Valla non tam illa di-  
citur quæ colorem natuum mutauit puta i  
rubrum pallidum aut nigrum: q illa quæ ua-  
rium habet colorem. Gellius libro. vi. tunis-  
ca inquit longa muliebri indutus & uersico-  
lori pallio. Cicero. iii. de fnibus. plumæ in-  
quit uersicolores columbis. Plinius libro.  
xxxv. capita carum mitris uersicoloribus o-  
peruit. Vulpianus de legatis tertio. l. si cui  
lana. de uersicoloribus inquit uidendū est.  
Paulus de auro & argento lega. l. pediculis.  
uel tem inquit tam coloriam q uersicoloria.  
**V**espilones & uestae ut inquit festus dicunt:  
qui funerandis corporibus officium gerūt.  
non amittit illis uolucribus: sed quia ueste  
tempore eos efferrunt: qui funebri pō-

pa propter inopiam nequeunt. Suetonius i domitiano: cadauer iquit eius populari san dapila per uespilones exportatum. Apulei lib. floridorum. llii, uespilonum manibus extortum uelut ab inferis postlimino domum retulit. Martialis chirurgus fuerat: sic est uespillo diaulus. Marcianus in ti. de solutio nibus. l. q. decem. numero & si uespilonem aut alias turpem dederit hominem. pro quo mendosè legitur uespertilionem. Item Vul pianus ti. ad. S. C. trebellianu. l. sed sciendu uel nomine quidem uespillonis testatoris ferre. Hic Accursius non minus insanit q. in superiori lege fecerat. Nam utrobiq. uespilonem intelligendum est esse nomen infamiae: ut si cognominaretur carnifex. ut apud Martialem. Postquam triste caput fastidia uespilonum. Et miseri meruit tædia carnificis.

Vestiarium pro loco ubi reponantur uestes. ut apud Plinium lib. xv. uestiarium inquit contra teredines ac noxia animalia amurca aspergi. alias uestiarium pro ipsis uestibus. sicut ministerium pro ministris. cibaria pro cibis. Se neca libro de uitæ tranquillitate. familia ue stiarium petit uictumq. Scaeuola. ti. de annuis legatis. l. annua. ac per hoc inqt neq. uestiaria neq. cibaria his debeantur. Iabole nus. ti. soluto matri. l. in his. Seruis inqt uxoris uit nummos in uestiarium dederat.

Veterator seruus is dicitur: qui diu seruuiuit & qui ex uetusitate callidus est: quemadmodum ediuerso nouicius qui nouus est in seruicio. Festus veteratores inquit callidi dicti a multa rerum gerendarum uetusitate. Donatus i illud Terentii in andria: quid nam hic uult veterator sibi: veterator inquit est uetus in astutia. Vulp. ti. de ædilicio edicto. l. præcipiunt. præcipiunt inquit ædiles: ne veterator pronouicio ueneat. atq. ibidem. quia uenaliciarii sciunt facile decurriri ad nouiorum emptionem: idcirco interpolat veteratores. Veterinarius est veterinarum medicus. est auctem ueterina iumentum uel a uichendo dictum ut putauit Cato referente festo pompeio: uel ut Opilius ueterinam dici uoluit quasi ueterinam quod ad uentrem onus relata gerat. inde ueterinaria medicatiua iumentorum ars. Columella lib. viii. ueterinariae medicinæ prudens esse debet pecoris magister. Callistratus. ti. de iure immunitatis. l. quibusdam. Accursius qui fodunt inquit aurum uel argentum. aut qui faciunt uitra. sed hoc diuinare est.

Viatricum. i. est pecunia illa quæ in uiae sumptu

alicui datur. Cicero de senectute: quo min⁹ uiæ restat: eo plus uiatici querere. Plinius cæcilius de Martiale. psecutus inquit cram uiatico secedentem. inde uiaticulum paruum uiaticum. Apuleius lib. vii. de asino: uiaticulum inquit mihi corras. Vulp. lib. v. ti. de iudiciis. l. si longius. egestate inquit ro mæ laboraret uiaticulo suo non recepto qd ad sumptus pater ei destinauerit. Accursius ignorans quid uiaticum sit: quod propter i penas inquit in scholis datur. quia supra dixerat studiorum causa.

Viatores inquit Festus appellabantur qui magistratibus parebant: eo quod plœrumq. ex agris homines euocabantur a magistratib⁹ & frequens erat eoram ab agris in urbē uia. Plinius. lib. xviii. Cincinnato viator attulit dictaturā. tales tunc viatores erant: quibus idipsum nomen inditum est subinde ex agris senatum ducesq. accessentib⁹. Vulp. ti. de rebus eorum qui sub tutela. l. magistrati inquit viatorem qui ei renunciet.

Vicarius seruus dicitur ille quem atrientis seruus substituit. itaq. uicarius dicitur seruus seruus. Martialis. esse sat est seruum iam nolo uicarius esse. Plautus in asinaria. Sticho inquit uicario ipsi tuo. cui leonidas atriensis respondet: mihi scio uicarium esse. Vulpian⁹. ti. de legatis tertio. ifseruos. uicarios ier. uorum suorum numero non continet. Idem in. ti. de peculio legato. l. si peculium legetur. Recte igitur atq. latine pontifices appellant se uicarios hoc est seruos serui Petri qui se appellat seruum iesu christi in suis canonicis: sed Petrus non uicarius christi: quia non est seruus serui.

Vicna ciuitas est allobrogum in gallia narboneñ. cuius meminit iuris consultus. ti. de censibus.

Vinacium uel uinacius propriacini semē est acinus autem granum uiae. Cato tamen in libro de rustica. pro acinis musto exhaustis uinacium posuit. dolia inquit quib⁹ uinacios condat decem habeat. Vulp. quoq. ti. de furtis. l. si quis uxori. uuarum inquit & musti & uinaciorū noīe furti agere potest.

Vindicta uirga prætoris erat: qua seruo iposta illū faciebat liberū. Persius. uindicta post q. meus a prætore recessi. unde per metonyiam uindicta p. libertate aliquando. Qui dius de remedio. uindictæ quisq. fauete suæ. & ibidem. optima uindictæ proxima quæq. dies. dicta est aut uindicta a uindicando hoc est in libertatem afferendo. uel a uindicio ser

uo uitelliorum qui coniurationem de red-  
denda urbe tarquinis patefecit. de quo li-  
uius lib. ii. & Pomponius de origine iuris. l.  
necessarium. titulus præterea est i libris di-  
gestorum de manumissis uindicta.

**V**iriolæ armillæ erat ex gemmis margaritisq  
auro cælatis: quæ & uiriæ dicebantur. Pli-  
nius lib. xxxiii. ut habeant quidem in lacer-  
tis iam quidem & uiriæ quod edardanis ue-  
nit: atq; itaq; dardanis uocabat. uiriolæ cel-  
ticæ dicuntur: uiriæ celtibericæ. habeat foc-  
minæ in armis digitiq; totis collo & aurib;  
bus. Itaq; uult Plinius quod dardanium sit  
armilla quoniam a dardanis uenit. uiriola  
qua utuntur celtæ idest galli. uiriæ qua cel-  
titeri idest hispani. Vulpianus. ti. de auro &  
arg. lega. l. argumento. armillæ inquit. uiri-  
olæ. anuli præter signatorios. & infra. l. me  
dico. lineas duas ex margaritis. & uiriolas  
ex smaragdis. Paulus de optione & electioe  
leg. l. Si tibi. si ex quattuor inq; uiriolis duas

**V**itis centurionis gestamen erat ad fustigandos  
milites pigre munera sua obeuentes. de  
qua in uerbo centurio multa diximus.

**V**niones dicuntur margaritæ grandiores dicti  
ab eo ut Plinius libro. ix. scribit: quod nulli  
duo reperiantur indiscreti: unde nomè uni-  
onum inq; romanæ imposuere deliciæ. de  
auro & argento lega. l. seia. legauit inq; uni-  
onē cū hyacinthis: & postea unionē soluit.

**V**rinatores dicuntur qui subter aqua natates  
tempore multo continent spiritu ab eo quod  
esturino. as. uel urinor. aris. Varro de lin-  
gua latina. urnæ inquit dictæ quod urinat  
in aqua haurienda. urinari enim est in aqua  
mergi. Plinius lib. ii. urinantibus in quamli-  
bet profundam aquarum altitudinem. Idem  
lib. ix. has inquit urinantium cura capi. Idem  
lib. xi. eadem est causa quare sub aqua diu-  
ranæ & diu phocæ urinentur. Callistratus.  
ad legem rhodiam de factu. l. nauis. merces  
per urinatores extractæ. audi somnium Ac-  
cursus: qui ita inq; subtiliter perpendunt &  
uident sub aqua sicut medicus per urinam  
perpendit ægritudinem.

**V**ulpianus an ulpianus dici debeat iurisconsul  
tissimus Alexandri cæsar is ille assessor: mul-  
ti dubitant: quæ ambiguitas ex pandectarū  
florentinarum lectione tollitur: in quibus  
semper uulpianus per duplex. u. alteram cō-  
sonantem alteram uocalem scribitur.

De incipientibus ab. x. littera.

**X**Enium interpretatur munus quod ho-  
spitibus datur. nam xenos interpre-  
tatur hospes. Vitruvius lib. vi. primo in  
quit die græci hospites inuitabant ad  
cœnam. postero mittebant pullos. oua. ole-  
ra. pomæ. reliquæ res agrestes. Ideo picto  
res qui ea quæ mittebantur hospitibus pi-  
cturis imitabuntur: xenia appellatur. Mar-  
tialis. omnis in hoc gracili xeniorum turba  
libello et sequitur. Hæc licet hospitibus p-  
munere disticha mittas. inde per dīminuti-  
onem xeniolum. Apuleius libro. ii. de asino.  
mittit byrrhena mihi xeniola porcum opti-  
mum & quinque gallinulas. Vulpi. lib. pri-  
ti. de officio pro. l. solent. non inq; in totū  
xeniis abstinere debet proconsul. & Paulo  
post quantum ad xenia inquit pertinet: ue-  
tus prouerbium est. & c  
Xenodochium interpretatur hospitium: quod  
hospitibus & peregrinis publicitus siue pri-  
uatim patet. Hieronymus i quadam episto-  
la ad Pamphilius. audio texenodochium i  
portu fecisse romano. in codice iustiniano.  
ti. de sacro sanctis ecclesiis. l. illd. l. sancim?  
. l. si quis. Ité de episcopis & clericis tum xe-  
nodoxium tum xenon appellatur.  
Xenoparochus is est qui publice munera ho-  
spitibus contribuit. a xenos hospes interpre-  
tatur & parochus tributor. Arcadius lib. l.  
ti. de mideribus. l. thunerim. tabulari in-  
qt uel xenoparochi ut in qbusdā ciuitatib?  
Xerolophum locus erat celebris bizatii quæ  
constantinopolis postea cognominata est.  
Priscianus lib. pri. de octo partibus oratio-  
nis epigrammata inquit: quæ egomet legi i  
tripode uetustissimo apollinis: qui stat in xe-  
rolopho bizantii scriptus. Idem lib. vi. ostē-  
dunt inquit epigrammata uetustissima quæ  
& litteris uetustissimis scripta in multis tri-  
podibus legi & maxime in tripode apollinis  
qui est constantinopolis in loco quem xero-  
lophon uocant. Iustinianus lib. iiiii. institu-  
tionum. ti. de publicis iudiciis. quod nos in-  
quit telum appellamus illi telos appellant.  
admonent inquit nos epigrammata in xero-  
lopho scripta. & sequtur epigráma græcum.  
Xystici dicuntur athletæ dicta xylo qui ut-  
ait Vitruvi lib. vi. ē porticus ampla latitudi-  
ne in qua athletæ. per hiberna tempora ex-  
ercebantur. Suetonius in augusto. xystico-  
rum certationes: aut gladiatorū pugnas se-  
uerissime semper egit. Idem in galba. si qd  
scænici aut xystici donatum olim uendidis-  
sent. Vulp. ti. de iis qui notatur famamia. l.

athletas. pro eo quod esset debuit xystici xer-  
sustici corrupte legitur.

De incipientibus a. Z. littera.

Ithum potus est quem e frugibus ex-  
z cogitauit ægyptus. unde acolumela  
pelusiacum cognominatur i horto cui  
dicit. & pelusiaci præfet pocula Zithi. Vul-  
pianus. ti. de tritico & uino legato. l. si quis  
zithum inquit & cætera pro hominum affe-  
ctione.

Zona non tantum pro cingulo accipienda est:  
sed aliquando etiam pro mat suplo & locu-  
lis nummorum refertis accipitur. Apuleius  
libro. vii. de asino. Plotina inquit preciosissi-  
mis monilium & auro monetalizonis refer-  
tis incincta. Suetonius quoq; scribit utile-  
um zonam se aureorum plenam circum de-  
disse. Spartanus etiam pescenium nigrum  
imperatorem iussisse ne milites in zonis nū  
mos aureos uel argenteos portarent ad bel-  
lum. Lampridius quoq; alexandrum ex farē  
dicere solitum ait: miles non timeret nisi uesti-  
tus. calceatus & satur & aliquid i zonula ha-  
bens. & fere hæc est consuetudo hispano-  
rum ut cingulo bursam escarlam applicent:  
in qua portent nummos. Itaq; salvator no-  
ster discipulis interminatur ne portent Zo-  
nam. In hoc significatu accepit Vulpianus  
in. ti. de bonis damnatorum. l. diuus. neq; si  
zonam inquit circa se habuerit: protinus a-  
liquis sibi vindicare debebit. Accursius zo-  
nam putauit esse cingulum magni precii.

Lexici. Finis.

Ex observationib; Aelii Anto-  
nii nebriss. in libros iuris ciuili.

De glauco & Diomede Accursii Somnium.

Est in præfatione digestorum peroratio Iusti-  
niani imperatoris in hac uerba. Incipite igitur  
legum doctrinam eis dei gubernatione trade-  
re: & uiam aperire quam nos inuenimus: qua-  
tenus fiant optimi iusticiae & reip. ministri: &  
tus maximum decus in omne ævum sequaf.  
Quia nostris temporibus talis legum iuuentia  
est permutatio: qualem apud Homerum patrē  
omnis virtutis Glaucus & Diomedes inter se  
faciunt dissimilia permutantes. & subdit car-  
mina Homer sumpta ex. vii. iliados libro: ubi  
narrat quo pacto in obsidione troiana Diome-  
des cum Glauco Hippolochi filio congressus  
cœpit ab illo querere quis esset: quibusq; ma-  
ioribus ortus. Cui Glaucus se bellerophontis  
nepotem Hippolochiq; filium esse respondit:  
Cumq; Diomedes uetus hospitiū Oenei Bel-  
lerophontisq; utriusq; auorum fuisse intellige-  
ret: pugna abstinuit: atq; ita commutatis armis  
digressi sunt quasi pignus amoris alter alterius  
reportantes. Fuerunt autem Glauci arma au-  
rea centum bobus aestimata. diomedis ærea  
nouem boum. Quod Accursius: nescio quib;  
furiis agitatus exponens ait. Diomedes cu re-  
diret per mare atroiana uictoria indigebat ui-  
no & inuenit glaucum iuxta mare abundatē  
uino & carentem equis. at ipse multos habebat  
equos: quos in prælio habuerat: & ita dedit illi  
de equis inutilibus pro uino necessario & utri-  
lisibi. & Glaucus dedit uinum superfluum &  
acepit equos necessarios. sic & nos fecimus p-  
mutationem de inutili modo legendi ad utilē  
hi quisq; Accursii? Omitto corruptissimum &  
mille acyrologis de prauatum dicendi genus  
ubi legit ille bonus uir hæc historiarum porté-  
ta: aut quis illum docuit in rebus quarum ig-  
noratione tenebatur diuinare! Aliud est enim  
ut diuus Hieronymus scribit esse uatem aliud  
interpretem illuc spiritus uentura prædicti hic  
eruditio & uerborum copia ea que intelligit i  
terpretatur. Quod si fulisset Accursio mixtu  
cu pudore iudicisi aut omnino tacuisse its de  
rebus quas ignorabat: aut ea scriberet que de  
Glauco & Diomede ab auctoribus memoria  
prodita sunt Homero præsertim quem Iusti-  
nianus citat testē. Quod si Accursius græcas  
litteras ignorabat: didicisset saltem latinas in  
quibus libro primo Sermonum Horati lege-  
ret. Aut si disparibus bellum icidat ut Diome-

de cum Lycio Glauco Discedat p̄grior ultro  
muneribus missis. Atq; apud martialem libro  
nono epigrammaton . Tam stupidus nunquā  
nec tu puto glaice fuisti chalcea donanti chry  
sea qui dederas. Aut quoniam iuris libros iter  
pretabatur: illud saltē quod Aristoteles libro  
quinto ethicorum cum de iusticia & iure dispe  
reret scripsit . Volēti inquit nō fit iniuria. sed  
qui sua donat ut Homer⁹ de glauco scribit de  
disse eum diomedis arma aurea pro ferreis cen  
teni precii pronoueni huic iniuria non fit.  
Aut mitaretur saltem pudorem sancti Tho  
me qui locum illum exponens nihil tale som  
niat quale Accursius: sed tantū ab ignorātia i  
nterpretis deceptus dixit accepisse Diomedē cen  
tum boues pro nouem cum Homerus dicat ar  
ma estimata precio cētū boum pro armis no  
uem boum quod & Plinius libro tertio & tri  
gesimo affert. Quam Homerus inquit admirā  
tes aurum aestimationes rerum ita fecit ut cen  
tum boum arma permutasse glaucum diceret  
cum Diomedis armis nouem boum: & hoc est  
quod Iustinianus dicebat talem permutationē  
legum antiquarum pro nouis esse factam: qua  
lis fuit glauci de diomedis hoc est centeni pre  
cii pronoueni.

De legatis athenas missis somniū accursii.

Pomponius libro primo digestorum sub ti  
tulo qui est de origine iuris placuit inquit pu  
blica auctoritate decem cōstitui viros p̄ quos  
peterentur leges agræcis ciuitatibus ut ciuitas  
fundaretur legibus quas in tabulis eburneis p  
scriptas pro rostris compoſuerunt. Audite nūc  
obsecro uos egrotantis Accursii somnia uana  
ante inquit quam hoc fieret: misserunt græci  
Roman quendam sapientem ut exploraret an  
digi essent romani legibus. qui cum romam  
uenisset Romani cogitantes quid poterat fieri  
quendam stultum ad disputandum cum græ  
co posuerunt. ut si perderet tantum deriso es  
set. grec⁹ nutu disputare coepit & eleuauit unū  
digitum unum deum significans. Stultus cre  
dens quod uellet eum uno oculo dececare ele  
uauit duos & cum eis eleuauit etiam pollicem  
sicut naturaliter euenit quasi cecare eum uel  
let de utroq;. græcus autem credidit quod tri  
nitatem ostenderet. Item græcus apertam ma  
num ostendit ut ostenderet omnia nuda & ap  
ta deo. Stultus aurem timens maxillatam sibi  
dare pugnum clausum quasi repercuſurus le  
uauit. Græcus intellexit quod deus omnia clau  
deret palma & sic credens romanos dignos le  
gibus recessit. Q. miserrimam saeculi nostri cō

dictionem qui hæc audimus & patimur. ec quis  
unquam talia deliramenta nisi amulierculis la  
nificio intentis audiuit: et non uidet homo p  
ditus non habita ratione temporum & perso  
narum sibi ipsis repugnantia dicere? Quod si  
tanta erat illi in historia mentiendi libido at  
debuit saltē maligd dicere quod nos falleret.  
Nunc tero ea per crapulam ructat quæ nec cre  
dent pueri qui nondum ære lauantur . Nam si  
quod hoc in loco pomponius scribit cōstat es  
se factum trecentesimo altero anno ab urbe cō  
dita hoc est ante natalem christianū annos cir  
citer quadringentos quinquaginta: quo pacto  
græcus & romanus de trinitate personarū at  
quā unitate substantia in diuinis disputare pote  
rant? Hoc nec ezras quidem fecisset doctissim⁹  
illa tempestate legis interpres ne dum homies  
in falsa deorum gentilium religione occupa  
ti. Aut si tam diligens in historia esse uolebat il  
lud potius annotare debuit romanarum rerū  
scriptores nō quod pomponius scribit creatos  
esse decem viros per quos leges peteretur: sed  
cum prius deferendis legibus inter romanos  
conueniret de latore tantum disceptarent mis  
sos esse tris legatos athenas iussosq; iclytas So  
lonis leges describere & aliarum græciae ciu  
itatum instituta moresq; pernoscerē. Postea ue  
ro quam illi redierunt creatos decem viros cō  
dendarum legum & iuris dicundi causa. Qd  
uero Pomponius scribit tabulas fuisse ebur  
neas Dionisius Halicarnaseus diligentissimus  
antiquitatum romanarum scriptor libro no  
no æreas fuisse memorie prodidit. Quodq; idē  
autor scribit tabulas in foro positas nō est di  
uersum ab eo quod pomponius tradit positas  
esse pro rostris. Nam rostra templum erat i fo  
ro romano quod placuit exornaci rostris nauī  
um quas ab anciatibus acceperant non ut Acc  
ursius delirat piratarum. illud uero per quam  
ridiculum quod in re manifesta dubitanis pro  
rostris exponit ante oculos & ora hominum.  
Ab hispano opinor aliquo id didicerat quoni  
am hispane facies rostro appellatur.

Mutius pro fabius.

Idem pomponius in eodem titulo de origine  
iuris. Q. inquit mutius qui ad carthaginenses  
missus legatus cum essent duæ tessere positæ  
una pacis & altera belli: arbitrio sibi dato utrā  
uellet referre romani: utramq; sustulit. & ait  
carthaginenses petere debere utram mallingent  
accipere. Atqui nō. Q. mutius sed. Q. Fab⁹  
fuit qui cū ualerio flacco missus est carthaginē

legatus: ut n̄ si h̄nibal uiolator fœderis dede-  
retur: bellum carthaginēsibus indiceret. Hic  
Fabius Pomphilus cognominatus est ad diffe-  
rentiam illius Fabii qui in eodem secundo bel-  
lo punico singularem operam r̄cep. nauauit: at  
q̄ tum maximus: tum uerrucosus: tum ouicu-  
la dictus est: atq̄ ea propemodum Fabium P̄a-  
philum fecisse coram carthaginēsib' quæ P̄o-  
ponius refert autores sunt Polybius Liuius  
Plutarchus. Silius præterea libro. ii. punicorū.  
Non ultra patiens Fabius rexisse dolorem.  
Cōcīlīum exposcit propere patribusq; uocatis  
Bellum se gestare sinu pacemq; profatus.  
Quid sedeat legere: abīguis neu fallere dicitis  
Imperat. at sc̄uo neutrū renuente senatu  
Ceu clausas acies gremioq; effunderet arma  
Accipite in faustum libye euentuq; priori  
Par inquit bellum & laxos effudit amictus.

Tam insigne mendum non debuit Accursius  
dissimilare: atq; intactum relinquere: ubi non  
in parte sed in toto error committitur. Nam qd  
habent simile Mutius & fabius, nempe hoc qd  
thais & hermione.

### Colūnarium pro colū niuarium.

Pomponius iuris consultus in libro digesto-  
rum titulo de auro & argento legato. In argē-  
to inquit potorio utrum id dūtaxat sit quo bis-  
bi possit: an etiam id quod ad preparationē bi-  
bendi comparatum est ueluti colūnarium &  
urceoli. Quod uasis genus colūnarium sit nul-  
lus umq; scripsit sed neq; legit præter unū phi-  
lipum beroaldum uirum aliqui singulariteru-  
ditione qui ex huīus legis deceptus lectioē pu-  
tauit esse poculi gen?: & Accursium qui angli-  
steriam interpretatur sic itali uulgo appellant  
ampullam uitrā longioris colli. Ego uero cū  
columnarium esse nihil uerbum pro compto  
haberem: coepi mecum recognitare quid colum-  
narii loco substituerem: cum subito fuit mihi  
præsto Martialis poete distichon: cuius lema  
est colum niuarium. Cumq; adhuc subdubi-  
tatem an pro columnario colum niuarium re-  
ponerem: legi sequens distichon cuius index  
est urceoli ministratorii. Exilii prænimia lāti-  
cia atq; coepi mihi ipsi gratulari quod locum a-  
liis incognitum atq; intactum mea diligentia  
restitui. Quid uero colum niuarium fuerit re-  
liquum est ut ostendamus. fuit consuetudo apd'  
maiores nostros nō modo colare uina ut esset  
molliora defecatoriaq; uerum ctiam aquam p  
niues transmitere quo fierent gustui suanior.

Instrumenta uero ad percolandum erant colā  
ex minntissimis uiminibus contexta aut ex sac-  
co ligneo siue cilicino. Vergili. ii. geor. tu spis-  
so uimine quallos Cola p̄ prælorum fumosis  
deripe tectis. De colatorio sacco Martialis i di-  
sticho cuius lema est sacus niuarius attenua-  
re niues norunt & linteā nostra frigidior colo  
non salit unda tuo. Plinius libro. xiii. utilissi-  
mum omnibus sacco uiribus fractis. Idem lib.  
xix. in ueterari uina saccisq; castrati: & xxii. li.  
bro. Ut plus inquit capiamus sacco frangim⁹  
uires. Atq; iterum martialis. Turbida sollicito  
transmittere cecuba Sacco. & Horatius in. ii.  
setmonum. Integrā perdunt lino uiciata sa-  
porem. Quod prophr̄tō exponit sacco perco-  
lata. Cum itaq; Martialis duo disticha cōtinua-  
ta scriperit alterum de colo niuario alterum  
de sacco niuario subdideretq; statim urceolos  
ministratorios quis non uidet apud pomponi-  
um legēndum esse colum niuarium cum præ-  
scriptim euestigio sequatur & urceoli. Quid qd  
sensus pulchre coit atq; satissimacit ei quod uea-  
nire potuit in dicitationem an uidelicet uaso-  
rum potiorum appellatione ueniant uasa q-  
bus non bibimus sed præparātur ordinātūr q  
ad id quod bibendum est: ut colum & saccus p  
que colantur uina niuesq;: atq; præterea urceo-  
li quibus uīnum & aqua discubentibus mini-  
stratur. Non quod Accursius & philippus pu-  
tabant esse uala potoria. Esset namq; sensus le-  
gis ridiculus si dixeris appellatiōe uasorum po-  
tiorum uasa potoria contineri.

FINIS.

Paulus in titulo de suppellecili legata. I. legata supellecili: Argenteos inquit lectos & argentea canidelabra supellecili cedere posteriora etas recepit: cum ulysses ex auro & argento lectum uirentis arboris truncis aedificatum ornasset: quem penelope recognoscet diuini signum accepit ut uoluit homerus. Quem locum quia perperam Accur sius enarravit: in historia ut solitus est diuinam rem quo pacto acta est ex Homero ponem? Scribit namque libro. xxiiii. odyssae: quod cum penelope iussisset sterni lectum ulyssi tanquam hospiti & peregrino: ille grauiter fereens allocutus est uxorem prudenter scientem. O uxor inquit uerbum profecto ualde animum crucians dixisti. Quis autem mihi alibi posuit lectum? Difficile quidem esset etiam nimis scienti: quandoquidem nec ipse deus adueniens & uolens facile posuisset in alia regione. Neque aliquis certe uirorum homo uiuus & maxiie uigens facile mouisset: quoniam magnum signum fabricatum: in lecto fabrefacto: quod ego laborau: & non aliis quispiam. Est intra septum lucus habens extensa folia oliuæ penitus uirescens. Crassus uero erat ueluti columna. Hic ego circumponens thalamum meum donec perfeci densis lapidis: & bene desuper operui. Conglutinatas apposui ianuas prudenter adaptatas: & tunc deinde abscedi comam oliuæ habentis extensa folia. Truncum antem ab radice scindens ferro dolauit: & bene sapienter ad rubricam direxi. fulcra laboras terebraui omnia terebro. ex quo incipies lectum poliu: donec perfeci ornans auro argento & elephanto. & extendi lorum ex bove colore rubro splendidum. Sic tibi hoc signum dicco. Nescio an mihi firmus est lectus uxor: aut aliquis uirorum alibi posuit scindens a propagine oliuæ. Dixit ulysses illius autem hoc est penelopes in eodem loco soluta sunt genua & charum cor signa cognoscantis quæ ei certa locutus est ulysses. Nam quod Accur sius legit lectum uiuentis arboris truncis aedificatum: mendosum habuit codicem. nam Homerus non uiuentis sed uirentis dixit εδυνος ἐφιτάνυφυλλος ἐλαῖης ἔρκεος εντός ἀκμηνος οαλέων

Liber in gratiam iurisconsultorum restituere græcum prouerbiū sublatum plane de ipsorum libris: sed integrum adhuc in archetypo sicut in epistola quadam diuī Seueri & imperatoris Antonini teperitur. Ea citatur a V ulpiano in primo de officio proconsulis. Eodemque titulo ponitur in primo libro digestorum. Verba sunt hæc epistolæ. quæ quoniā elegantissima & plena bonæ fru-  
gis: ediscenda iis censeo: qui rem publicam gesturi sunt. Quātum inquit ad Xenia pertinet: audi qd sentimus. græcum pueriū est οὐτε τῶν ια δύτε τῶν Τοσε δύτε τωρατα  
ΝΤΩΡ

Nam ualde inhumanum est a nemine accipere. sed passim uilissimum est: & per omnia auarissimum. Sic illi. Porro græca uerba possis ad huc interpretari modum. Nec omnia. nec passim. nec ab omnibus.

Elij Antoni Nebrissen  
sis grammatici in ius ciuile  
lexicon explicitum Salman-  
tice idibus octobris. Anno:  
A.D. D. vi.

Leyes quae solent citari in historiis:  
ex Pomponio lateo.

Aelia fusia lege resistebatur perniciosis legib⁹  
in ciuitate: quae ideo erant propugnacula &  
muri otii & tranquillitatis. Sed Clodius tri-  
bunus pl. l. Pisone & A. gabini⁹ coll. quat  
tuor leges tulit. Ex his secunda fuit ne quis  
per eos dies quibus cum populo agi liceret:  
de coelo fuaret. Quarta cauebatur: ne que  
censores in senatu legendō præterirent: ne  
ue quem ignominia afficerent: nisi qui apd  
eos accusatus & utriusq; censoris damnat⁹  
eſſet ſententia. hac lege diminuta eſt censu-  
ra: quae eſt magistra uitæ & modestiæ.

Aurelia lege communicata ſunt iudicia ſenatui  
equitibusq; romanis & tribunis ætariis. Ea  
legem tulit Aurelius cotta prætor.

Aciliam legem tulit Manius Acilius Glabrio  
de pecuniis repetundis: in qua nec compere  
dinarī quidem reum ſinit. L. Piso primus le-  
gem tulit de pecuniis repetundis.

Annonariam legem tulit. P. Clodius tribun⁹  
pl. ut frumentum quod antea ſenſis æris ac  
trientibus in singulos modios dabatur gra-  
tis daretur.

Annaria lex annorum modum ſinit: quib⁹ ma-  
gistratus capiendi potestas fit.

Aterina lex cum moſ pŕſcus fuiffet irrogadæ  
mulctæ per magistratus ouis aut bouis no-  
mine: ouis ære deno bouem ære centeno di-  
finiuit.

Aquilia lex ab Aglio lata de dolo malo. de frau-  
de. de deceptione de ſimilitate.

Calpurina lege quam. I. Calpurinus Piso tulit:  
pecuniaria poena adiecta fuit.

Cassia lex lata eſt a Cassio longino: qua popu-  
lus per tabellam ſuffragia ferret. C. Ma-  
rio & C. flacco coll. alia ab eodem lata: ut il-  
le quem populus damnasset: cuiue imperiū  
abrogasset: in ſenatu non eſſet.

Cinciam legem cincius tulit: qua cauetur anti-  
quitus ne quis ob cauſam orandam donum  
pecuniam ue acciperet.

Cornelia lege cauetur ne quis legatis exterarū  
nationum pecuniam expenſam ferret. Eam  
A. Cornelius consul tulit. Idem & aliam tu-  
lit: ne quis in ſenatu legibus ſolueretur: ni  
ſi ducenti ad fuiffent. ne quis cum ſolutus eſ-  
ſet: intercederet: cum ea de re ad populum  
ferret. T ulit idem Cornelius ut prætores edi-  
ctis ſuis ius diceret. Lex eſt a Cornelio quo-  
dam lata ut homines qui parricidiū cauſa te-  
lo accinctiſint gladio persequantur.

Fabia lex afabio lata aqua adiecta poena eſt il-  
lis qui deducunt & ſectantur candidatos in  
comitia.

Flauius legem tulit de plagiariis: in eum qui  
dolo ſeruum aut pecus a domino & filium a  
patre subtrahit.

Frumentaria lex a Sempronio Graccho lata eſt:  
qua frumentum e publico restitueretur po-  
pulo romano.

Falcidia lege a falcidio lata cauetur: ne plus do-  
drante legate liceret: propterea quod multi  
hereditatem recuſabant.

Gabinius legem tulit: qua bellum Cn. Pom-  
peio magno contra piratas datum eſt cōtra.  
C. Trebellii tribuni pl. interceſſionem.

Hortensius legem tulit: ut eo iure: quod popu-  
lus ſtatueret: omnes quirites tenerentur.

Iunius silvius consul cum Q. cæcilio metello  
legem tulit bello cimbrico quod diu praeve-  
& inſocliciter gestum eſt propter diminuta  
militiae ſtipendia.

Julia lege puniuntur adulteri. Idem Julius cæ-  
ſar legem tulit de peculatu in eos qui rempu-  
blicam uel ſacram furati ſunt: uel furantib⁹  
auxiliati ſunt, uel furta ſcientes ſuſcepérunt.

Lectoriam legem tulit Q. lectorius: qua poe-  
nam prætoribus adiecit: cum adolescentes i  
contratibus circumueniri ſolerent.

Licinus crassus orator & Q. mutius ſcœuola  
Pontifex maximus legem tulerunt de regū  
dis ciuitibus ut in ſuā quisq; ius ciuitatis re-  
digeretur.

Maniliam legem tulit L. Manilius: cum multi  
itali cupiditate ciuitatis romanæ tenerent:  
ut quādo res a nobilibus aduerſe geſta fue-  
rant: illi ad magistratus gerendos admitte-  
rentur: quorum maiores in romana rep. ma-  
gistratum non exercuifent, huiusmodi au-  
tem noui appellantur..

Otho tribunus pl. legem tulit: ne quis cum or-  
dine equeſtri in ſpectaculis ſederet niſi ſe-  
ſteria quadrigeſta poſſideret. Quod si co-  
tingeret: qui ſquis eſſet ſive ingenuus ſive li-  
bertinus inter equites ſpectare liceret i græ-  
dibus quattuordecim.

Oppiam legem M. Oppius tulit: ne ſuperflu-  
ornatu mulieres romanæ. uterentur. neue  
pilentis ideſt rhedis penſilibus uterentur.  
neue plus uncia in auribus appendereſt.

Pompeius strabo lata lege ueterib⁹ incolis trāſ-  
padanis ius latii dedit: quod cæteræ coloniæ  
habebant: ut petendi magistratus & ciuita-  
tis romanæ ius adipiſcerentur.

Pompeius magnus legem tulit: ut quæſtor ſuf-

**F**ragio populi ex iis qui consules fuerant: cre  
aretur. Idem Pompeius legem tulit: quae asp  
rima poena parricidas afficit. si quis paren  
tis filii fata præcipitauerit clam palam insu  
tus culleo cū cane & gallo gallinaceo & ui  
pera & simia in mare aut in flumen proiice  
retur.

**P**apia lege prohibentur peregrini uti urbe ro  
ma.

**P**lotius tribunus pl. Cn. Pompeio Strabone  
& L. Portio Catone coſſ. legem tulit: ut sin  
gulae tribus qui nos denos ex eo numero ſu  
fragio crearent: qui eo anno iudicarent.

**S**atura lex eſt: quae uno roga tu multa & uaria  
comprehendit.

**S**catinus legem tulit: qua puerorum concubin  
tores graui supplicio afficiuntur.

**T**utelari lege cauetur ne quis tutor per simu  
lationem pupillum fraudet.

**V**arius tribunus pl. legem tulit: ut quæreretur  
de iis quorum ope confilioque ſocii populi ro  
mani arma ſumppſiſſent.

**V**alerius publicola legem tulit: ut nulli magis  
ſtrati liceret corpus romani ciuiſ indicita  
cauſa condemnare. liceretq; dānatī ad po  
pulum prouocarc.

**V**oconius legem tulit ne quis census hoc eſt  
pecuniosus heredem unīcam relinqueret fi  
liam. Erat autem cēſus ille: qui centum mil  
lia in profiſſione detulifſſet.

Ad Antonium Arii epigramma.

Grammatici officium gyromale clausit iniquo  
Nostra ætas quantum nescia fulsit onus  
Nam q[uod]cumq[ue] docet modo p[ro]pria elemēta solem?  
Nomine non proprio dicere grammaticum  
Cautior at multo ueterum & sapientior usus  
Hæc solum criticis nomina tanta dedit  
Quorum aperire fuit cū torum sensa librorū  
Quos penes arbitrium iudiciumq[ue] fuit  
Maximus ille uir est molem q[uod] nominis huius  
Sustinet & nigro rarior ille cygno  
Grāmaticos uidit paucos ueneranda uetusfas  
Qualis aristatchus didymus antīgonus  
Tempore sed nostro florens antonius unus  
Laude uir insigni s[ecundu]m a nobis nouat  
Doctarum hunc tatum nō diligit una fororū  
Diligit hunc studio sed dea quæq[ue] pari

Ad lectorem tetraстichon.

Hunc eme sacrarum legum studiose libellum  
Hoc iuris nodos soluere mille potes  
Quos nō dissoluit tuus ille accurius. heus tu  
His poteris doctis doctior esse uiris

Latina uocabula ex iure ciuili  
in uoces hispaniæs interpretata.

Abax.acis. nō bax.apatador o ataifor.  
Abactor uel abigeus.ladron de ganados.  
Abrogare legem.reuocar la ley  
A cinacium quinum.aguapie uino de despensa.  
A capna ligna.leña seca para quemar.  
Aconitum.qualquiera ierua que mata.  
Addico.is.non adiicio.is.uender i adjudicar.  
Addictio nō adiectio.la uenta i adjudicacion.  
Adrogare filium.es ahijar lo delate el príncipe  
Adrogatio.onis.por aquel genero de adopción  
Adoptare filium es ahijarlo delante el alcalde  
Adulterinum signum.el sello falso.  
Adulterinum testamentū.el testamento falso  
Adulterina moneta.es moneda falsa.  
Aedicula.æ.ermita o pequeño templo.  
Aedes sacra.el templo o iglesia.  
Aedes.i.um.in plurali.la casa no sagrada.  
Aestimo.as.nō extimo.estimar o apreciar.  
Agrippinensis colonia.ciudad es de alemania.  
Agonitheta.æ.el presidente en los iuegos.  
Album.i.la matricula delos iuezes.  
Algidum lugar quinze millas de rome.  
Allego.is.accentu in prima eligir.  
Allego.as.accentu in penultima.allegar.  
Alueus fluminis la madre del rio.  
Ambitus reus.el que compra officio público.  
Ambitio.onis.la codicia de onra.  
Amphora.æ.medida quasi una arroua.  
Aminæum uinū.de cierto lugar en cappaña.  
Amurca.æ.el apechín del azeite.  
Anademia.atis.corona no de rei.  
Analoga.æ.tutor que no da cuenta.  
Angaria.c.la duia o seruidumbre forzada.  
Animaduertere in aliquem es punirlo.  
Animaduersio.onis.aquella punicio.  
Ancon.onis.uso codal para beuer.  
Anniculus.a.um.cosa de un año.  
Annona.æ.los panes i legumbres.  
Annua.bima trimadie.lo que es de cada año  
cada dos años cada tres años.  
Antiades.són las agallas dela garganta.  
Antidorum.i.el retorno o remuneracion.  
Antidotum medicina contra el ueneno.  
Antinomia.la cõtradicion de la lei.  
Apocha.æ.el aluala de pago o fin i quito.  
Apolides los desterrados de su naturaleza.  
Apostoli.orum.las letras dimissorias.  
Appitores los ministros d'los officios publicos  
Appendicius.a.um.lo que depende de otro  
Aquitinarium.ii.el aguamanil.  
Arcarius.ii.el mayordomo dela ciudad.  
Archiatrus el príncipe delos medicos.

Archigeron.ontis.el príncipe delos ancianos  
Archigubernius el patron dela naue.  
Archimandrita.el papa o pastor de ganados.  
Archimimus.el príncipe delos momos.  
Architectus.el principal maestro dela fabrica  
Archium.dónde guardan las escriptas publi.  
Area.æ.por el solar para edificio.  
Arelatenis cosa de arles ciudad de proenza.  
Arena.æ.lugar en rome do se hazian iuegos.  
Arenarii los esgremidores o q salia alas fieras  
Aresusa non arethusa.nombre de muger.  
Argentarius.ii.el cambiador público.  
Armentum.i.el ganado maior.  
Armilla.æ.por la manilla o brazal.  
Arra.æ.siué arrabo.la señal en la compra  
Artemo.onis.el guindaste pa guindar la uela  
Assessor.oris.&c.assestrix.ícis.q aliis assident.  
Athleta.cl q en los iuegos compite con otro.  
Attiensis siue atrarius seruus q aliis presidet.  
Atellanus.a.um.cosa de atella en cappaña.  
Autorare obligar alguno por iuramento.  
Aurum coronarium.el oro q dizenguanin.  
  
Baluca.æ.oro de tibar o en poluo.  
Bannum.i.el destierro delos encartados.  
Bapheus.i.el tintor de colores.  
Bastagarii.son los que llevan cargos.  
Berytus ciudad de phenicia en alia.  
Biblos ciudad tan bien de phenicia.  
Bibliotheca.æ.la libreria lugar delos libros  
Bidens.tis.cosa de dos dientes instrumento  
Bini.æ.a.no quatro sino cada de.  
Bissexturno.el bisiesto de quattro en qtro años.  
Byfiscus.a.um.cosa de bisso especie de lino  
Bombycinus.a.um.cosa de sirgo o seda.  
Bona.orum.los bienes de fortuna.  
Bractearius.ii.el batihoya de oro.  
Brephtrophium espital de cnechados  
Bubulcus.i.el que ara o guarda los bueies.  
Buccinum.i.concha es cō q tiñen el carmeso.  
Buprestis.is.gusano que mata los bueies.  
Burdo.onis.el burdiegano o mohino.  
  
Caballus.i.el rocin cauallo arrocinado.  
Cacabus.i.olla o caldero de barro o de metal.  
Caducū.i.la manda en testamento cō cōdicio  
Cæduus.a.um.lo que se corta o puede cortar.  
Cæmentium.i.pared de piedra cortada.  
Caius & non gaius iurisconsultus nobilis.  
Calata comitia.aiuntamientos para elegir.  
Calculator.oris.el contador q toma cuentas.  
Calendarium.ii.el libro delas cuetas del logro.  
Caligatus.miles el menor en la hueste.  
Camelasia officio del que cura los camellos  
Canabis.is.el cañamo o la yerua de q se haze.

- Cancelli.orum.son las ierias o rexas.  
Cancello.as.por tastrar la escriptura.  
Cantharis.idis.por el abadejo o cubilla.  
Cátharus.i.por dōde sale el agua del aqüeducto  
Capitalis.e.cosa que mata o merece muerte  
Capitium capirote o capilla de uestidura.  
Capitulum.i.lugar fue de ítalia.  
Capsarius el que lleua el libro al escolar.  
Careum especia es conocida alos medicos.  
Carrum carrus Carruca la carta.  
Carthaginienses non carthaginenses populi.  
Cassiope ciudad i cabo es dela belona.  
Castellum.i.el almaz en del aqueducto.  
Catadromus.i.la carrera cuesta abaxo.  
Cauma.atis.el huego que quema los panes.  
Cauillatio.onis.el engaño malicioso.  
Caupo.onis.el tauernero o uentero.  
Caupona.la tauernera o tauerna o uenta.  
Causarii los q por enfermedad tienen achaq.  
Causor.aris.traet causa o achaque.  
Cedere diem es llegarse el tiempo dela paga  
Cellarium.ii.el cillero o la bodega.  
Cenothaphiū.ii.la sepulta uazia pa memotia.  
Censeo.es.por arbitrar i estimar hazienda  
Centones uestiduras o paños de saial o cilicio.  
Centurio capitán de escuadra de ciento.  
Certamen.inis.iuego en q hai contienda.  
Certiorem facere.&c.por auisar.  
Ceruifa.la cerueza de ceuada o trigo.  
Character.eris.por la figura o trazo.  
Charta.æ.por la hoija para escriuir.  
Chirographi.i.la escriptura de su mano  
Choma.atis.el uallado o ualladarjo pesquera.  
Chysamos.i.lo que arriba dixo baluca.  
Cidonium uinum.uino de membrillos.  
Cymbium.ii.uso pa beuer a figura de barca.  
Cilicium.ii.el cilicio de lana de cabras.  
Cingere arborem.encernadar o descorezar  
Circeienses pueblos son de ítalia.  
Circenses ludii.los iuegos q nazian enel circo  
Circitor.oris.la ronda delas uelas.  
Circulator el que haze iuegos de passa passa  
Circumscribo.is.engañar con cautelas.  
Circumuénio.is.por aquello mesmo.  
Cisterna.æ.por el algibe o cisterna de agua  
Citrea mensæ.las mesas de alerze.  
Clandestinus.a.um.cosa escondida.  
Clauus in ueste.era como boton o berruga  
Clauus morbus.enfermedad es conocida.  
Clivosus.a.um.lugar de cuestas abaxo i arriba  
Cloaca.æ.el albanar delas priuadas.  
Coalluo.is.es acrecentar por auenidas.  
Coccum.i.la grana para teñir paños.  
Coeliaci se llaman los que tienen camaras.
- Coemiterium el cementerio de muertos.  
Coenaculum.i.el sobrado o sala alta.  
Coetus.la congregació o aiuntamiento.  
Collegium.ii.el aiuntamiento de muchos.  
Colludere es concertarse dos cótra otro.  
Columniuarium.coladero de nieves.  
Comes.itis.nombre es de dignidad o cōde.  
Comitia.orum.eren los días dela eleció.  
Cōmeatus.us.las uituallas para hueste.  
Cōmeatus.us.la licencia que da el capitán.  
Cōmeatalis miles.al que pagá delas uituallas  
Cōmentum.i.por la fició o engaño.  
Cōmentariensis el q tiene los libros de cuetas  
Cōmentariensis apud iuniores el carcelero.  
Comittere pugnam.es trauar pelea.  
Cōmune.is.por comunidad o república.  
Cōpendium.ii.por el atao del camino.  
Cōpetenter por mediocre o comunal mente.  
Cōpilare es faltear o robar cō armas.  
Cōpingere.es trauar o aiuntar.  
Cōcameratio.onis.es edificio de boueda.  
Cōcluae.is.la recamara o retrete.  
Cōcinno.as.es adobar o componer.  
Cōditura.æ.el adobo delos mariates.  
Cōgiarium.ii.cierta medida oració de palacio  
Cōtignatio.onis.el sobrado de casa.  
Cōtinens por cosa cōtinua o tierra firme  
Cōturbo.as.faltar o romper el credito.  
Corbis.is.por cesta para segar o uendimiar  
Corinthium.æs.metal era precioso.  
Corpus.oris.por el que llamamos collegio  
Corradere pecunias rebañar o rebuscar.  
Corriuales dicuntur los que beuen de un río.  
Cotidie nō quotidie.por cada dia.  
Cotoria.æ.por cantera de piedras.  
Cretæ fodina.minero de greda para paños.  
Crinale.is.por capillejo o aluanega.  
Cucuma.æ.cierto uso o arma para pelear  
Culleus.i.por la odrina para mosto.  
Cuppa & cuppula.la cuba o cuba pequenia
- Dactylotheca.æ.bolsa o caxa de anillos.  
Damno.as.por obligar o cōdenar.  
Daphnensis lucus.bosque de laureles.  
Dardanarius.el que haze engaño enel trigo.  
Decedo.is.por se partir del officio publico.  
Decido.is.por cōcertar se los pleiteantes.  
Decisio.onis.por aquel mesmo cōcierto.  
Decoctor.oris.el que defrauda los credores.  
Decuriones son los regidores enlas uillas  
Dediticij serui los que se dierō a merced.  
Defrutum.i.el uino cozido hasta la mitad.  
Deglabare arbotes idem quod cingere.  
Delator.oris.por el mali sin acusador.

Delibrare idem quod cingere & deglabare.  
Delphi. orum. ciudad es de gracia.  
Delphica. æ. mesa consagrada a pollo.  
Demolior. iris. derribar el edificio.  
Deni. æ. a. por cada uno sus diez.  
Depectus. a. um. lo que haze turpe pacto.  
Desertor. oris. el que ua del real sin licencia.  
Desidero. as. por faltar lo que se deseaba.  
Diæta. æ. lugar dela casa para se espaciar.  
Diætarious. ii. el que sirue en aquel lugar.  
Diætarius. ii. el que hurta algo allí.  
Diathetum poculum cierto genero de uaso.  
Diæses pueblos de una ciudad de macedonia.  
Diffundere diem. por dilatar el tiempo.  
Diffundere uinum. trasegar el uino.  
Digitus aqua. medida de agua del aqueducto.  
Dioecesis & non dioecesis por la diocesi.  
Dioecetes. æ. non diocetes el diocesano.  
Diploma. atis. por la bulla o priuilegio.  
Diploma. atis. por la dobladura del camino.  
Dispungere rationem por cassar la cuenta.  
Diffidium. ii. el apartamiento de casados.  
Distraho. is. xi. uender en almoneda.  
Diuortium. iii. idem fere est quod diffidium.  
Dolium. ii. la tinaia de barro.  
Dolon. onis. por el dalle arma conocida.  
Donaria. orum. los dones delos templos.  
Duracinæ uuæ. son uuas para colgar.

Editus bouis. la boñiga de buei ouaca.  
Effringere fanuam es quebrantar puertas.  
Effractor ianuarum quebrantador de puertas.  
Elecrum. i. el ambar como de cuentas.  
Electrum. i. el oro de diez i ocho quilates.  
Elenchus. i. la perla prolongada i rolliza.  
Elogium. ii. el testimonio en bien o mal.  
Elusco. as. entortar a otro de un ojo.  
Emansor miles. el que se absento para tornar.  
Emblemata. son los esmaltes delos uasos.  
Emeriti son los iubilados dela guerra.  
Emerita colonia. ciudad es de lusitania.  
Emiseni pueblos son de siria la curua.  
Emphyteosis delo que se da para plantar.  
Emphracta nauigia. nauios toldados.  
Emplastrum. i. el emplastro de cosas liqidas.  
Epidemitiæ los aposentadores del principe.  
Episcopus. i. el ueedor officio publico.  
Epistomata los tapaderos deles chorros.  
Epitome. es. uel epitoma. atis. el breuiario.  
Epulum. i. combite publico o sala real.  
Eremodium. ii. del que desampara la causa.  
Ergasterium. ii. la tienda donde algo se haze.  
Errones serui. los que usagan para tornar.  
Etiam aduerbiū. repuesta para affirmar.

Etiam num aduerbiū pro adhuc.  
Euestigio aduerbiū. por luego ala ora.  
Exacta. las cosas acabadas o passadas.  
Exaggero. as. por amontonar o acrecentar.  
Exautorare. por soltar el iuramento.  
Exconsul el que fue iagora no es consul.  
Exemptilis. e. lo que se puede quitar i poner.  
Expungere es tastrar i anular la cuenta.  
Extricare es desenhebrar i esparcir.  
Falk messoria. la hoze para segar.  
Falk putatoria. la hoze para podar.  
Falk scenaria. la hoze para feno guadaña.  
Familia por la erencia o compaña dela casa.  
Ferruminare es soldar con el mesmo metal.  
Figlina. æ. dôde se hazen cosas de barro.  
Fiscus. i. por hiscal o cosa de esparto.  
Fiscus. i. la espuenta o el fisico real.  
Flauis no el roxo sino dela familia d'los flauios.  
Fomentum. i. el emplastro medicinal.  
Forma sutoris. la horma del zapatero.  
Fugituaris el encubridor del que huie.  
Fulcimentum & fultura el sostieniente.  
Fullo. onis. el lauador delos paños.  
Fundus. i. por la eredad o fondó de uaso.

Garum salmuera de clertos peces fue.  
Genius por el angel bueno de cada uno.  
Germanicus uaron celebre romano.  
Gymnasium. ii. el lugar de exercicio o escuela.  
Glans glandis bellota o fruta i uestre.  
Glarea el cascayo de barro i gu...uelas.  
Glaucinum. cierto unguento medicinal.  
Græmatophylaciū. dôde guardâ las escriptas.  
Grassor. aris. por saltar los ladrones.  
Gutturosus gutturosa. papudo o papuda.

Hamus. i. el anzuelo eslabono o argolla.  
Harpagones son garfios para arrastrar.  
Hercilio. is. partir la erencia.  
Hermaphroditus. el niacho i hembra.  
Hydromeli el aloxa de miel i agua.  
Hierophylax el sacrifician delo sagrado.  
Hierapolis nombre es de muchas ciudades.  
Hypocaustum. i. por el estufa.  
Hypotheca. quod pignoris loco supponitur.  
Horreum. i. la panera o cillero de guarda.

Ianthinus. a. um. cosa de color uiolado.  
Ilienses los pueblos de ilio o troia.  
Impostores. los que iuegan el passa passa.  
Impostura el engaño de tal manera.  
In auris por el cercillo para las orejas.  
Inciles fossæ uel incilia. el azuda o acequia.

Incrustare encalar o enuestir la pared.  
Indico, is, denunciar de indictio la denunciacion.  
Induciae, arum, las treguas a cierto tiempo.  
Inducere por escriuir sobre lo raido  
Inficiar, aris, negar unde inficiatio.  
Instructor, el que uende por menudo o regator  
Insula casa que no deslinda con otra.  
Interpolare trastformar en otra figura.  
Intertritura la merma delo que le gasta.  
Irenarcha interpretatur pacificador.  
Isauri pueblos de cicilia cossarios.  
Isostates el contraste del peso i ualor.  
Iugum por la iunta de dos animales.

Labrum el lebrillo de barro o metal.  
Lacertus, i, el lagarto pece marino.  
Lacunar, aris, por el alfarie o zaquiz amí.  
Lapis el marmol que señala la milla.  
Laser eris el asa conocida a los medicos.  
Latus clavis uestidura era de hidalgos.  
Lautica dicuntur q ad mundiciam parantur.  
Laxamentum relaxacion de trabaio.  
Lectica, æ, por las andas.  
Lectarius, ii, el que lleva las andas.  
Liberi, orum, el hijo o hijos o nietos.  
Libertinus el que de sieruo se hizo libre.  
Libertus el mesmo si tiene patrono.  
Libitinarius el que apareja las exequias.  
Librarius, ii, el que escribe los libros.  
Licitore, aris, poner precio en el almoneda.  
Lictores los viciales del pretor o consul.  
Ligna, orum, leña para quemar.  
Ligustum, i, el leuistico cierta especia.  
Limnarcha, æ, el capitán de los fronteros.  
Limitanei milites, los que estan en frontera.  
Linea margaritarum farta de alios far.  
Lytos es como bachiller en leies.  
Logista, es, el contador de cuentas publicas.  
Logographus, i, el que escribe las cuentas.  
Loricatio, onis, por la encadura.  
Ludicus, a, um, por cosa q pertenece a iuego.  
Lugdunensis colonia, leon ciudad de francia.  
Ludus litterarius, escuela de niños.  
Luscus, i, el tuerto de un ojo.  
Lustramentum purgacion por sacrificio

Magister tri, nomen est dignitatis.  
Malleo, as, por enquadernar libros.  
Malobathrum non malebastru, arbol olorosa.  
Mandragora ierua es conocida.  
Mango, onis, el que uende los esclauos.  
Mappa uillola, manteles como tapete.  
Materia por madera o otra materia.  
Mediastryrus el sieruo de ciudad.

Mereo, es, organar sueldo en la guerra.  
Metallum no es el metal sino el minero.  
Metator uel metatus aposentador o mariscal.  
Metaxa, æ, por la madexa.  
Metrocomia, æ, por villa principal.  
Metropolis, is, por ciudad principal.  
Miliarium, ii, olla para cozer miño.  
Miniculator, por illuminador de libros.  
Molior, oris, aparejar cosas para edificar.  
Mola manuaria, muela de mano.  
Menianum el aximez o balcon.  
Meritorium la uenta o meson.  
Modus & modulus, medida del aqueducto.  
Mundus muliebris, los atauios dela muger.  
Munitum guarnicion para defender.  
Murileguli, los que cogen las purpuras.  
Muria, la salmuera o adobo.  
Murtha piedra preciosa agatha.

Natales, lium, por el estado del linage.  
Nomen, inis, por el deudor del logro.  
Negotium facere por molestar.  
Nosocomion, espital para enfermos.  
Notarius, el que escribe lo que otro dice.

Obsidianus lapis, cierta piedra preciosa.  
Obsonator el despensero que compra.  
O dyseia obra de homero poeta griego.  
Oenomeli, por clarea de uino i miel.  
Olitor, otis, por el ortelano.  
Opera, æ, por la huebra de un dia.  
Opistographon lo escripro en las espaldas.  
Orichalcum non aurichalcum metal es.  
Orcinius, a, um, cosa de muerte ab orco.  
Orphanotrophium espital de huertos.

Pægma, atis, cierto entremes de iuegos.  
Paganus qualquiera que no es militie.  
Pancratium lugar donde contendian.  
Pandecta, cosa que comprehende todo.  
Panicularia bona el despoio delos cõdenados.  
Pantomimus el que todo puede contrahazer.  
Papyrus especie de iunco en egipto.  
Paranymphus el padrino de las bodas.  
Paranympha, la madrina de las bodas.  
Parapherna lo que se da allende la dote.  
Parephippius, el que corre cauallos.  
Parochus el tributario o pechero.  
Paroecos el morador de lugar ageno.  
Paropis, idis, por plato grande.  
Passum, i, por el uino bastardo de passas.  
Pastinare es cauar la tierra para plantar.  
Pater el senador o padre conscripto.  
Peculatus, el hurto de las cosas publicas.

Peculium por todo patrimonio o pegaial.  
Pecunia por el dinero i lo que uale dinero.  
Pecus pecudis por el ganado menudo.  
Pedamenta uitium. los rodrigones i horcas.  
Pedules fasciae eran quasi calzones.  
Peierare non per iurare. por perjurar.  
Pellex. icls. por la combleza dela casada.  
Penaria cella. la despensa de guarda.  
Penus. oris. la prouision para guardar.  
Penes præpositio. por cerca con señorío.  
Peniculus. i. el pinzel del pintor.  
Perduellis. por el enemigo publico.  
Pergula la mesa en que pone lo que se tiende.  
Pharmacum. la ponzona o purga.  
Philura uel philyra. hoija o carta.  
Philippi. orum. ciudad de thraia i macedonia.  
Pistrinum. i. el molino o atahona.  
Pityocampe. es. gusano q nace en las piñas.  
Plagae. arum. redes son ralas i gruesas.  
Plagiarius. el ladrón q hurta ombres libres.  
Pollio. onis. el acicalador de armas.  
Polypodus el q tiene cierto nacido élas narizes.  
Pollinator. oris. el que entierra muertos.  
Popina. æ. bodegon del mal cozinado.  
Postliminiū. tornada despues de luengo tpo.  
Præses. idis. el capitán de guarnición.  
Præmaturum lo verde no maduro.  
Prætorium. ii. la casa del rey o del pretor.  
Prætorium. ii. la casa rica dela eredad.  
Prædie aduerbitum. por un dia antes.  
Prinipitus. capitán dela primera escuadra.  
Principia castrorum. cierto lugar del real.  
Priviliegarius. por el priuilegiado.  
Procurator cælaris. el procurador del rey.  
Promercalia las cosas q se compran pa uender.  
Prolytæ son como los licenciados iuristas.  
Promptuarium. la despensa de cada dia.  
Promulgarium. uso para beuer clara.  
Proreta. æ. el que rige la prora del naue.  
Proscænum. ii. lugar cierto del theatro.  
Proscindere terram es alzar baruecho.  
Prothyrum la chambrana o zaguán dela casa.  
Protocolon. el protocolo delas minutias.  
Proxeneta. el corredor delas mercaderías.  
Publicanus. arrendador delas rentas publicas.  
Pulmentarium maniar de carne o pescado.  
Pustulatum argentū plata cendrada.

Qualus. i. cobanillo o canastillo.  
Quini. æ. a. por cada uno cinco.

Refigo. is. xi. por arrancar lo hincado.  
Repetundarum reus. el q cohecho enel oficio.  
Replumbari argentū. quitarle el plomo.

Resipiscere. dela locura tornar asu seso.  
Rheda. æ. por carro o carreta.  
Riuales los comblezos o q beuen de un río.  
Rogatio. onis. la lei que se promulga.  
Rubrica. æ. el almagra tierra bermeja.  
Ruder. eris. las mondaduras de casa o pozo.  
  
Saccarius. ii. por el ganapan.  
Saccus & sacculus. el zurron de dineros.  
Saccularius. ii. el q iuega passa passa.  
Sacrum. i. lo que es consagrado adios.  
Sagarius. ii. el saílero de saíl.  
Sagmen. inis. por la grama terua.  
Salgamum. i. lo que se pone en sal muera.  
Saliens. tis. el chorro del agua.  
Salictum. i. por el sauzedal.  
Salignus. a. um. por cosa de sauze.  
Saltuarius el faltero guarda del campo.  
Salustiani horti huertos eran en roma.  
Sapa. æ. por el arrope del mosto.  
Sarcinato. oris. por el fastre.  
Sarcophagus. i. por la sepultura.  
Sarculus. i. por el saco para escardar.  
Sardonyx. ychos. una especie de cornerina.  
Sarmatæ. arum. pueblos son setentrionales.  
Satius aduerbitum pro eo quod est melius.  
Satricum. i. por un lugar de italia.  
Scæna. æ. por el lugar delas representaciones.  
Scæua. æ. pol el izquierdo.  
Scandularius. el que haze ripia.  
Scapha. æ. el esquife del nauio.  
Scaphium. ii. el seruidor o bac.  
Scortum. i. la puta del burdel.  
Scrupulus. i. peso de adareme medio.  
Scrupulosus. a. um. por cosa difficile.  
Sebastani. pueblos de iudea o capadocia.  
Secundum præpositio. pro iuxta aut prope.  
Sedularium. ii. la filla delas andas.  
Selinis. por una ciudad de sicilia.  
Sella por la filla o andas con filla.  
Semis semis. la meitad delo entero.  
Semisses usuræ. q se pagan seis por ciento.  
Septra por ccuta lugar de africa.  
Septum. i. por el fetu o pesquera.  
Seria. æ. por la tinaia de barro.  
Sericum. i. el lino o algodon delas indias.  
Sescuncia. æ. onza & media delo entero.  
Sycomorus. higuera es propia de egypto.  
Sigillum. i. por pequeña estatua.  
Signator. el testigo que sella el testamento.  
Signinum opus. lo que se haze de mazacote.  
Siliqinarius. ii. el que guarda el aholi.  
Synthesis. is. por uestidura ensorrada.  
Si quis. por si alguno o alguna.

Sisto. is. stiti. por presentar en suizo  
Situla. æ. por la herrada o acetre de agua  
Situs.us. por la suzidad o arafias de casa  
Smyrna. æ. por la myrrha olorosa  
Sodales. del colegio dela madre delos dioses.  
Solidus.a.um. lo entero o macizo.  
Sphætisterium. lugar donde iuegan la pelota.  
Spică nardi. unguento dela espiga del nardo.  
Spurco.as. aguar el uino o ensuziar el agua.  
Spurius qui græce nothus. el bastardo.  
Stabularius. el mesonero o uentero.  
Statio.onis. la uela o estanca o puerto de mar.  
Stellionatus crimen. del que peca por malicia.  
Stypteria. æ. el minero del alumbr.  
Stipulor. aris. cōsentir enlo q otro promete.  
Stola. æ. uestidura era delas castas mugeres.  
Stragulus.a.um. todo que es para estrado.  
Stramentum.i. la paña para la cama.  
Stroblylus.i. por el pino o piña de pino.  
Subgrunda.æ. por el ala del tejado.  
Subsellium.ii. por la silla.  
Subsisto.is. por dudaro uestancar.  
Substruo.is. por calzar el edificio.  
Succinnm.i. por el ambar.  
Sugillo.as. por burlar de otro.  
Supellex. lectilis. por alhaia de casa.  
Superficies. la cafa primera sobre el suelo.  
Superfiarius. ii. el señor de aquella casa.

Tantisper dum. por entre tanto que.  
Tectorium opus. lo encalado o eneschado.  
Temporaii. um. lo que dura cierto tiempo.  
Tepidarium. lugar tibio enel baño.  
Tessera. æ. por la ierta medida de trigo. &c.  
Theriaca. noii tyriaca. por la triaca.  
Thymelicus. i. el representador de fabulas.  
Thlasia. fui thlibiae los castrados cō machotas.  
Tiberius caeser. emperador fue romano.  
Tympanium. la perla de hechura de atabal.  
Tyrus ciudad fue notable de fenicia.  
Toga p̄texta. uestidura delos mozos hidalgos.  
Tomentu. i. todo lo de q se enfilda el colchó.  
Topiarius. el q afeita los iardines & huertos.  
Toral.alis. los manteles o touallas.  
Traianopolis. una ciudad fue de sicilia.  
Traiecticus.a.um. lo q passan allende el mar.  
Trapetum. i. el alfarge de molino de azeite.  
Trapezophorum. i. camisa o funda de mesa.  
Trieterica festa. las q se hazian cada tres años.  
Trini. æ. a. no seis sino cada uno tres.  
Tryphus. i. blæsus & balbus. tartamudo.  
Trozimos uua. la que se puede comer.  
Trulla. æ. barreno o paña de cozina.  
Tubus. i. por atanor del aqueducto.

Vadimonium. ii. la fianza dela persona & haz  
Valesii los que despues llamaron Valerios.  
Valetudo & ualetudinaris non ualitudo.  
Varus.i. el esteuado que huella a dentro.  
Varicus;a.um. lo que anda a saltos.  
Varicosus.a.um. el q tiene las uenas torcidas.  
Venaliciarius. ii. el que uende los esclauos.  
Veneficus.i. el hechizero o q da ponzoña.  
Versicolor. lo que es de diuersas colores.  
Vespilo. el que de noche enterra muertos.  
Vestiarium. ii. el uestido o lugar de uestidos.  
Veterator el fieruo matrero no bozal.  
Veterinarius. ii. albeitar de bestias.  
Viaticum. i. la despensa para el camino.  
Viator.oris. el official delos príncipes.  
Vicarius. ii. el fieruo de otro fieruo.  
Vienna. æ. ciudad de francia celebre.  
Vinacium. ii. el granillo dela uua.  
Vindicta. æ. la uata del pretor.  
Viriola. æ. manilla era de uarones.  
Vitis centurionis. insignias eran del.  
Uñiones son perlas grandes de altofar.  
Vrinator.oris. el que nada a somorguio.  
Vulpianus. non ulpianus legendum.

Xenium. ii. el presente q se da a los huespedes.  
Xenodochium. ii. el ospital de peregrinos.  
Xenoparochus. el que da a los huespedes lo ne  
cessario.  
Xerolophum. i. lugar era en costantinopla.  
Xysticus. i. idem est quod athleta.  
Zithum. i. la ceruissia de trigo o ceuada.  
Zona. æ. el correo o talegon de dineros.

